Die öffentlichen Einkünfte werden sehr oft durch Pachtung gehoben, und weil von solchen Pächtern leicht viele Erpressungen begangen werden, so ist gegen sie eine ganz besondere Klage eingeführt.

XXXIX.

XXXIX. 4. fr. I. (Vlp.) §. I. — — Publicani sunt qui publico fruuntur, nam inde nomen habent, siue fisco vectigal pendant, vel tributum consequantur: et omnes qui quid a fisco conducunt recte appellantur publicani — —.

fr. 12. (Vlp.) Quanta audaciae, quanta temeritatis sint publicanorum factiones, nemo est qui nesciat, idcirco Praetor ad compescendam eorum audaciam hoc edictum proposuit.

fr. I. (Vlp.) Praetor ait: QVOD PVBLICANVS EIVS PVBLICANI NOMINE VI ADEMERIT, QVODVE FAMILIA PVBLICANORVM, SI ID RESTITVTVM NON ERIT IN DVPLVM: AVT SI POST ANNV M AGETVR IN SIMPLVM IVDICIVM DABO. ITEM SI DAMNV M INIVRIA FVRTVMVE FACTVM ESSE DICETVR, IVDICIVM DABO: SI II AD QVOS EA RES PERTINEBIT NON EXHIBEBVNTVR, IN DOMINOS SINE NOXAE DEDITIONE IVDICIVM DABO — —.

Sechstes Buch.

Von der Religion.

§. 54.

Das Oberhaupt der Religion ist der August als Pontifex maximus. Die übrigen gottesdienstlichen Personen werden von ihm ernannt oder erwählt.

SPART. in *Hadr.* 22. Sacra Romae diligentissime curavit: peregrina contempsit. Pontificis maximi officium peregit.

PLIN. X. *Ep.* 8. — — rogo dignitati — — vel auguratum vel septemviratum quia vacant adiacere digneris, ut iure sacerdotii precari Deos pro te publice possim — —.

CAP. in *Marco* 6. Pius Marcum — — in collegia sacerdotum iubente senatu recepit — —.

VLP. X. 5. In potestate parentum esse definunt et hi, qui Flamines Diales inaugurantur, et quae virgines Vestae capiuntur.

GELLIUS. N. A. Virgo Vestalis neque heres est cuiquam intestato neque intestatae quisquam: sed bona eius in publicum redigi aiunt.

POLLIO. in *Valer.* 2. Tu (der Censor) — — excepto sacrorum rege et maxima virgine Vestalium

salium (si tamen incorrupta permanebit) de omnibus sententiam feres.

§. 55.

Eine Sache wird heilig durch Weihung der Pontifen, nicht durch ein bloßes Gelübde des Eigenthümers, obgleich dieses auch den Erben verbindet.

L. 12. fr. 2. (Vlp.) pr. Si quis rem aliquam vouerit, voto obligatur: quae res personam vouentis, non rem quae vouetur obligat: res enim quae vouetur soluta quidem liberat vota, ipsa vero sacra non efficitur. §. 1. Voto autem patresfamilias obligantur, puberes. — — §. 2. voti — — obligationem ad heredem transire constat.

INST. II. I. §. 8. Sacrae res sunt quae rite per pontifices Deo consecratae sunt — —. Si quis autem auctoritate sua quasi sacrum sibi constituerit, sacrum non est, sed profanum. Locus autem in quo aedes sacrae sunt aedificatae, etiam diruto aedificio sacer adhuc manet — —.

VII. I. fr. 17. (Vlp.) pr. Locum autem religiosum facere potest (der Eigenthümer der den usufructus nicht hat) consentiente usufructuario, et hoc verum est fauore religionis. Sed interdum et solus proprietatis dominus locum

religiosum facere potest: finge enim eum testatorem inferre, cum non esset tam opportune, ubi sepeliretur.

II. 14. fr. 61. (Pomp.) Nemo paciscendo efficere potest, ne sibi locum suum dedicare liceat aut ne sibi in suo sepelire mortuum liceat —.

§. 56.

Auch Begräbnisse stehen unter dem Schutze der Religion, und unter der Aufsicht ihrer Diener.

PAVL. I. 21. §. 1. Ob in cursum fluminis vel metum ruinae, corpus iam perpetuae sepulturae traditum, solennibus redditis sacrificiis per noctem in alium transferri locum potest. 2. Corpus in ciuitatem inferri non licet, ne funestentur sacra ciuitatis: et qui contra ea fecerit extra ordinem punitur. 3. Intra muros ciuitatis corpus sepulturae dari non potest, vel vstrina fieri. 4. Qui corpus perpetuae sepulturae traditum, vel ad tempus alicui loco commendatum, nudauerit et solis radiis ostenderit, piaculum committit, atque ideo si honestior sit in insulam, si humilior in metallum dari solet. — — 6. Qui sepulcrum alienum effregerit vel aperuerit eoque mortuum suum alienumue intulerit, sepulcrum violasse videtur. 7. Vendito fundo religiosa loca ad emptorem non transeunt, nec in his ius inferre mortuum

mortuum habet. — 9. In eo sarcophago vel solo, vbi corpus iam depositum est, aliud corpus inferri non potest, et qui intulerit reus sepulcri violati postulari potest. — 12. Neque iuxta monumentum, neque supra monumentum habitandi ius est: ad tactu enim conuersationis humanae piaculum admittitur.

13. Parentes et filii maiores sex annis, anno lugeri possunt: minores mense: maritus decem mensibus et cognati proximioris gradus octo. Qui contra fecerit infamium numero habetur. 14. Qui luget abstinere debet a conuiujs, ornamentis purpura et alba veste.

XXIII. 2. fr. 6. (Vlp.) — Eum, qui absentem accepit vxorem, deinde rediens a coena — perisset ab vxore lugendum responsum est.

XI. 8. fr. 5. (Vlp.) §. 1. — Si religiosus locus iam factus sit, pontifices explorare debent, quatenus, salua religione, desiderio reficiendi operis medendum sit.

§. 57.

Die der Religion gewiedmeten Tage sind auch wegen ihres Einflusses auf die Rechtspflege wichtig. Der Tag wird von Mitternacht zu Mitternacht gerechnet.

II. 12. fr. 6. (Vlp.) Si feriatis diebus fuerit iudicatum, lege cautum est, ne his diebus iudicium sit, nisi ex voluntate partium —.

fr. 8. (Paul.) More Romano dies a media nocte incipit, et sequentis noctis media parte finitur, itaque quidquid in his viginti quatuor horis (id est duabus dimidiatis noctibus et luce media) actum est perinde est quasi quavis hora lucis actum esset.

CAP. in Marco 10. — Fastis dies iudicialios addidit, ita ut ducentos triginta dies annuos rebus agendis, litibusque disceptandis constitueret.

Siebentes Buch.

Vom Militair.

§. 58.

Nicht jedermann kann Kriegsdienste nehmen, kein Slave, keiner dessen Freyheit bestritten wird, kein Verbrecher während des Processes, oder während der Strafzeit, und es wird nicht immer ein Unterschied gemacht, ob er sich freywillig hat anwerben oder nur ohne Einwendung ausheben lassen.

IL. 16. fr. 2. (Men.) §. 1. Dare se militem cui non licet, graue crimen habetur, et augeatur ut in caeteris delictis, dignitate, gradu specie militiae.

fr. 4.

fr. 4. (Men.) §. 1. Ad bestias datus si profugit et militiae se dedit quandoque inuentus capite puniendus est. Idemque obseruandum est in eo, qui legi se passus est. §. 2. In insulam deportatus, si effugiens militiae se dedit lectus vel dissimulauit capite puniendus est. §. 3. Temporarium exsilium voluntario militi insulae relegationem adsignat, dissimulatio perpetuum exilium. §. 4. Ad tempus relegatus, si expleto spatio fugae militem se dedit causa damnationis quaerenda est: vt si contineat infamiam perpetuam idem obseruetur: si transactum de futuro sit, et in ordinem redire potest et honores petere militiae non prohibetur. §. 5. Reus capitalis criminis, voluntarius miles — — capite puniendus est — —. §. 7. Adulterii vel aliquo iudicio publico damnati inter milites non sunt recipiendi — —.

fr. 8. (Vlp.) Qui status controuersiam patiuntur, licet re vera liberi sunt, non debent per id tempus nomen militiae dare, maxime lite ordinata, siue ex libertate in seruitutem, siue contra petantur. Nec hi quidem qui ingenui bona fide seruiunt. Sed nec qui ab hostibus redempti sunt prius quam se luant.

fr. 11. (Marcian.) Ab omni militia serui prohibentur: alioquin capite puniuntur.

PLIN. X. Ep. 39. (Traian.) — — Lecti si sunt (jwey Sclaven) inquisitio peccauit: si vicarii

dati penes eos culpa est, qui dederunt, si ipsi cum haberent conditionis suae conscientiam venerunt, animaduertendum in illos erit. Neque enim multum interest, quod nondum per numeros distributi sunt -- --.

§. 59.

Die meisten Soldaten sind jetzt Freywillige, daher sind die Strafen derjenigen, welche nicht Soldaten werden wollen, oder sich dazu unfähig machen, nicht mehr so hart wie sonst.

IL. 16. fr. 4. (Men.) §. 10. Grauius — delectum est detrectare munus militiae, quam adpetere, nam et qui ad delectum olim non respondebant vt proditores libertatis in seruitutem redigebantur: sed mutato statu militiae recessum a capitis poena est, quia plerumque voluntario milite numeri suppleuntur. §. 11. Qui filium suum subtrahit militiae belli tempore exilio et bonorum parte mulctandus est, si in pace fustibus caedi iubetur -- --. Eum qui filium debilitauit delecto per bellum indicto vt inhabilis militiae sit, praeceptum D. Traiani deportauit.

§. 60.

Es gibt eigene militairische Strafen und eigene militairische Verbrechen. Jene sind Schläge, Geldstrafen, doppelte Wache, Versetzen unter ein weniger begünstigtes Corps, Zurückdienen,
Cassa-

Cassation. Diese sind Herumschwärmen, Desertion vom Posten oder sonst, Uebergang zum Feinde, Vergehen gegen die Subordination, Verkauf der Waffen, das erste Beyspiel zur Flucht u. s. w.

IL. 16. fr. 2. (Men.) Militum delicta siue admissa aut propria sunt, aut cum caeteris communia: unde et persecutio aut propria aut communis est. Proprium militare est delictum, quod quis uti miles admittit — —.

fr. 3. (Mod.) §. 1. Poenae militum huiusmodi sunt: castigatio, pecuniaria multa, munerum indictio, militiae mutatio, gradus deiectio, ignominiosa missio: nam in metallum aut in opus metalli non dabuntur, nec torquentur. §. 2. Emanfor est qui diu vagatus ad castra regreditur. §. 3. Desertor est qui per prolixum tempus vagatus, reducitur. §. 4. Is qui ex exploratione emanet hostibus insistentibus, aut qui a fossato recedit, capite puniendus est. §. 5. Qui stationis munus relinquit, plus quam emanfor est. — §. 6. Si praesidis — — ab excubatione quis desistat. — — §. 7. Si ad diem commeatus quis non veniat —. §. 10. Is qui ad hostem confugit et rediit torquetur, ad bestiasque vel in furcam damnabitur: quamvis milites nihil eorum patiantur. §. 11. Et is qui volens transfugere adprehensus, capite punitur — —. §. 13. Miles qui in bello

amisit — §. 14. Qui aliena arma subripuit — — §. 15. In bello, qui rem a duce prohibitam fecit, aut mandata non seruauit, capite punitur: etiamsi res bene gesserit. — — §. 16. Sed qui agmen excessit — — §. 17. Nec non et si vallum quis transscendat aut per murum castra ingrediatur, capite punitur. §. 18. Si vero quis fossam transiit militia reiicitur. §. 19. Qui seditionem atrocem militum concitauit, capite punitur. §. 20. Si intra vociferationem aut leuem querelam seditio mota est: tunc gradu militiae deiicitur. §. 21. Et cum multi milites in aliquod flagitium conspirent vel si legio deficiat, auocari militia solet. §. 22. Qui praepositum suum protegere noluerunt vel deseruerunt occiso eo, capite puniuntur.

fr. 4. (Men.) §. 15. Examinantur autem causae semper emanationis et cur, et ubi fuerit, et quid egerit. — *fr. 5.* Non omnes desertores similiter puniendi sunt, sed habetur et ordinis et stipendiorum ratio, gradus militiae vel loci, muneris deserti et anteaetae vitae sed et numeri — — item temporis — — sed et si fuerit ultro reuersus. — — §. 1. Qui in pace deseruit — — §. 2. Qui desertioni aliud crimen adiungit. — — §. 3. Desertor si in vrbe inueniatur capite puniri solet: alibi adprehensus ex prima desertione restitui potest. — — §. 5. Qui captus cum poterat redire non rediit, pro transfuga habetur.

fr. 6.

fr. 6. (Men.) pr. Omne delictum est militis, quod aliter, quam disciplina communis exigit, committitur, veluti segnitiae crimen vel contumaciae vel desidiae. §. 1. Qui manus intulit praeposito capite puniendus est. — — §. 2. Contumacia omnis aduersus ducem vel praesidem militis capite punienda est. §. 3. Qui in acie prior fugam fecit, spectantibus militibus, propter exemplum capite puniendus est. — — §. 6. Si quis commilitonem vulnerauit — — gladio, capitale admittit.

fr. 13. (Macer.) §. 4. — — Eum qui centurioni castigare se volenti restiterit — — si vi-tem tenuit, militiam mutat: si ex industria fregit vel manum centurioni intulit, capite punitur.

fr. 14. (Paul.) §. 1. Arma alienasse graue crimen est et ea culpa desertioni exaequatur — —

§. 61.

Während ihrer Dienstzeit dürfen Militairpersonen, da wo sie dienen, keine andern Grundstücke als Häuser an sich bringen. Ihre Vorzüge im Privatrechte bestehen in der großen Leichtigkeit zu testiren, darin, daß ein filiusfamilias in allem, was er als Soldat erwirbt, völlig wie ein paterfamilias angesehen wird, daß eine verschuldete Militairperson ihren Unterhalt behalten darf.

IL.

IL. 16. fr. 9. (Marcian.) Milites prohibentur praedia comparare in his prouinciis in quibus militant — —. Fisco autem vindicatur praedium illicite comparatum, si delatum sit — —. §. 1. Milites si heredes exstiterint, possidere ibi praedia non prohibentur.

fr. 13. (Macer.) — — ne studio culturae militia sua auocentur: et ideo domum comparare non prohibentur — —.

IL. 17. fr. 4. (Tertull.) Miles praecipua habere debet, quae tulit secum in castra concedente patre. §. 1. Actionem persecutionemque castrensiū rerum semper filius etiam inuito patre habet.

fr. 5. (Vlp.) Miles filiusfamilias a commilitone vel ab eo, quem per militiam cognouit, heres institutus et citra iussum patris, suo arbitrio recte pro herede geret.

fr. 2. (Vlp.) Si filiusfamilias miles decesserit, si quidem intestatus bona eius non quasi hereditas, sed quasi peculium patri deferuntur: si autem testamento facto, hic pro hereditate habetur castrense peculium.

fr. 10. (Pomp.) — — constat nec patribus aliquid ex castrensibus bonis filiorum deberi.

fr. 17. (Papin.) Pater qui castrense peculium intestate filii retinebit, aēs alienum intra modum
dum

dum eius et annum vtilem, iure praetorio solvere cogitur. Idem si testamento scriptus heres exstiterit, perpetuo ciuilitur vt heres conuenietur.

XLII. i. fr. 6. (Vlp.) Miles, qui sub armata militia stipendia meruit condemnatus eatenus qua facere potest, cogitur solvere.

§. 62.

Man wird aus dem Kriegsdienste entlassen entweder mit Ehren, oder wegen Unrührigkeit oder wegen eines Verbrechens. Wer mit Ehren entlassen ist, weil er seine Dienstzeit ausgehalten hat, genießt als veteranus eben die Vorzüge und Freyheiten wie ein decurio.

IL. 16. fr. 13. (Macer.) §. 3. Missionum generales causae sunt tres: honesta, causaria, ignominiosa. Honestae est quae tempore militiae impleto datur, causaria cum quis vitio animi vel corporis minus idoneus militiae renuncietur. Ignominiosa causa est cum quis propter delictum sacramento soluitur. Et is qui ignominia missus est, neque Romae neque in sacro comitatu agere potest. Et si sine ignominiae mentione missi sunt, nihilominus ignominia missi intelliguntur. — — §. 1. Is autem qui contra disciplinam agrum comparauerit, si nulla de ea re quaestione mota missionem acceperit, inquietari prohibetur. §. 2. Illud constat

stat huius praescriptionis commodum, ad eos, qui ignominiae causa missi sunt non pertinere, quod praemii loco veteranis concessum intelligitur: et ideo et ad eum, qui causarie missus est potest dici pertinere, cum huic quoque praemium praestatur.

IL. 18. fr. 3. (Marcian.) Veteranis et liberis veteranorum idem honor habetur qui et decurionibus.

fr. 2. (Vlp.) Honestae sacramento solutis data immunitas, etiam in eis ciuitatibus apud quas incolae sunt valet — —. §. 1. Vectigalia et patrimoniorum onera solennia omnes sustinere oportet.

§. 63.

Wenn ein Soldat oder sonst jemand vom Feinde gefangen oder in die Slaverey fortgeschleppt wird, so sieht man ihn wenn er nie wieder zurückkommt so an, als ob er gleich anfangs gestorben wäre, und wenn er irgend einmahl zurückkommt, so tritt er in alle seine Rechte wieder ein, als ob sie gar nie eine Unterbrechung gelitten hätten. Kauft ihn jemand los, so ist er diesem für sein Lösegeld persönlich verhaftet, und sein Zustand gleiche dem eines *statu liber*, nur daß er kein Frengelassener wird. Dasselbe Recht tritt auch bey den beweglichen Sachen ein, die im Kriege gebraucht werden können und nicht schimpfflich

schimpflich verloren sind, wenn sie ein Mitbürger an sich bringt.

IL. 15. fr. 16. (Vlp.) Retro creditur in ciuitate fuisse, qui ab hostibus aduenit.

fr. 18. (Vlp.) In omnibus partibus iuris is, qui reuersus non est ab hostibus, quasi tunc decessisse videtur, cum captus est.

fr. 19. (Paul.) §. 10. Postliminium hominibus est, cuiuscunque sexus conditionisue sint, nec interest liberi an serui sint, nec enim soli postliminio recipiuntur, qui pugnare possunt, sed omnes homines qui eius naturae sunt vt vsui esse vel consilio vel aliis modis possint.

fr. 24. (Vlp.) Hostes sunt quibus bellum publice populus Romanus decreuit, vel ipsi populo Romano: caeteri latrunculi vel praedones appellantur. Et ideo qui a latronibus captus est, seruus latronum non est, nec postliminium illi necessarium est. Ab hostibus autem captus vt puta a Germanis et Parthis, et seruus est hostium et postliminio statum pristinum recuperat.

fr. 5. (Pomp.) §. 1. — antequam in praesidia perducatur hostium, manet ciuis — — —. §. 2. In pace quoque postliminium datum est: nam si cum gente aliqua neque amicitiam, neque hospitium, neque foedus amicitiae causa factum
habe-

habemus: hi hostes quidem non sunt: quod autem ex nostro ad eos pervenit illorum fit, et liber homo noster ab eis captus servus fit eorum.

fr. 26. (Florent.) Nihil interest quomodo captivus reuersus est: vtrum dimissus an vi vel fallacia potestatem hostium euaserit: ita tamen si ea mente venerit vt non illo reuertetur —. Sed et qui victis hostibus recuperentur postliminio rediisse existimantur.

VIII. 51. const. 2. (Gord.) Ab hostibus redempti quoad exsoluatur pretium magis in causam pignoris constituti quam in seruilem conditionem esse detrufi videntur — —.

IL. 15. fr. 19. (Paul.) §. 9. Si is qui emat ab hostibus plurius alii ius pignoris, quod in redempto habet cesserit, non eam quantitatem sed priorem redemptus reddere debet — —.

fr. 14. (Pomp.) Cum duae species postliminii sint, vt aut nos reuertamur, aut aliquid recipiamus, cum filius reuertatur duplicem in eo causam esse oportet postliminii, et quod pater eum reciperet et ipse ius suum — —.

fr. 30. (Lab.) Si id quod nostrum hostes ceperunt eius generis est vt postliminio redire possit — —.

fr. 20.

fr. 2. (Marcell.) Nauibus longis atque onerariis propter belli usum postliminium est: non piscatoriis — — §. 1. Equus item — — recipitur postliminio — — §. 2. Non idem in armis iuris est, quippe nec sine flagitio amittuntur — —.

fr. 12. (Tryph.) §. 7. Si quis seruum captum ab hostibus redemerit, potius est redimentis, quamuis scientis alienum fuisse, sed oblato ei pretio quod dedit, postliminio rediisse aut receptus esse seruus creditur.

Achtes Buch.

Von Bestrafung der Verbrechen.

§. 64.

Nicht alle unerlaubte Handlungen sind von der Art, daß sie bestraft werden müßten, auch wenn der Beschädigte sie verzeihen will, weil dem Staate daran liegt, daß sie nicht unbestraft bleiben. Sehr viele bewirken weiter nichts, als daß sie zum Ersatze, allenfalls zum mehrfachen Ersatze verbinden, sie gehören in das Privatrecht, so wie andere Forderungen, und wenn der Beschädigte sie nicht betreibt, so gehen sie keinen andern etwas an (*delicta privata*). Hingegen gibt es auch strafbare Handlungen, die auf

§

eine

eine eigene Art behandelt werden, und bey welchen es ein Verbrechen ist die Strafe zu hindern (crimina, delicta publica).

§. 65.

Es ist schwer ein genaues Unterscheidungszeichen zwischen beyden Arten anzugeben, denn daß bey dem delictum priuatum nur der Beschädigte, und bey dem publicum jedermann die Sache anbringen darf, leidet Ausnahmen, weil es actiones populares gibt, die keine Anklagen sind, und weil es accusationes gibt, die unter gegebenen Umständen nur dem Beschädigten zustehen, z. B. bey dem adulterium dem Ehemanne. Auch dieß ist kein festes Kennzeichen, daß zu einem crimen ein eigener Volksschuß gehöre, der das Verfahren vorschreibt, denn seitdem der Staat monarchisch ist, hat man angefangen auch andere Verbrechen auf eine ähnliche Art zu behandeln (crimina extraordinaria).

INST. IV. 18. §. 1. Publica autem dicta sunt quod cuius ex populo executio eorum plerumque datur.

XLVIII 1. fr. 1. (Macer.) Non omnia iudicia, in quibus crimen vertitur, publica sunt, sed ea tantum, quae ex legibus iudiciorum publicorum veniunt — —.

§. 66.

§. 66.

In Criminalsachen erkennt der Kaiser (§. 13.), der Senat (§. 15.), einige von den alten und einige von den neuen obrigkeitlichen Personen (§. 23. und 27.) oder der Kaiser gibt auch einen besondern Auftrag. Die Criminalgerichtsbarkeit heißt *imperium merum*, und kann nicht mandirt werden (§. 31.) Den Municipalobrigkeiten steht sie nicht zu.

CAP. in Marco 23. Si quis vnquam proscriptus esset a praefecto vrbi, non libenter accepit. — — 24 Erat mos iste Antonino, vt omnia crimina minore supplicio, quam legibus plecti solent, puniret — —. Capitales causas hominum honestorum ipse cognouit, et quidem summa aequitate: ita, vt Praetorem reprehenderet, qui cito reorum causas audierat. iuberetque illum iterum cognoscere, dignitatis eorum interesse dicens, vt ab eo audirentur, qui pro populo iudicaret.

SPART. in Seu. 4 — — reus factus apud praefectos praetorio, quibus audiendus datus fuerat — — absolutus est — —.

II. I. fr. 12. (Vlp.) Magistratibus municipalibus supplicium a seruo sumere non licet: modica autem castigatio eis non est deneganda.

§. 67.

Zu einer Criminalanklage wird kein Frauenzimmer, kein Unmündiger, kein Zufamer, keiner der nicht 50 aurei im Vermögen hat, und niemand der mit dem Anzuklagenden in dem Verhältnisse eines Sohnes oder eines Freigelassenen steht, zugelassen. Das Verhältniß mit dem Verbrecher hindert aber die Civilklage nicht, und auch die gänzliche Unfähigkeit schließt in dringenden Nothfällen, und wenn man seine eigene oder seiner nächsten Verwandten Beleidigung rächen will, nicht aus.

XLVIII. 2. fr. 1. (Pomp.) Non est permiffum mulieri publico iudicio quemquam reum facere, nisi fcilicet parentum liberorumue — mortem exequatur.

fr. 8. (Macer.) — — prohibentur accusare alii propter sexum vel aetatem, vt mulier vt pupillus. Alii propter sacramentum vt qui stipendium merent. Alii propter magistratum potestatemue, in qua agentes sine fraude in ius euocari non possunt. Alii propter delictum proprium vt infames. Alii propter turpem quaestum vt qui duo iudicia aduersus duos reos subscripta habent, nummosue ob accusandum vel non accusandum acceperint. Alii propter conditionem suam, vt libertini contra patronos.

fr. 9.

fr. 9. (Paul.) Alii propter suspicionem calumniae: vt illi qui falsum testimonium subornati dixerunt.

fr. 10. (Hermog.) Nonnulli propter paupertatem, vt sunt qui minus quam quinquaginta aureos habent.

fr. 11. (Macer.) Hi tamen omnes si suam iniuriam exequantur, mortemue propinquorum defendant ab accusatione non prohibentur. §. 1. Liberi libertique non sunt prohibendi suarum rerum defendendarum gratia, de facto parentum patronorumue queri, veluti si dicant vi se possessione ab his expulsos, scilicet non vt crimen vis eis intendant sed vt possessionem recipiant. Nam et filius non quidem prohibitus est de facto matris queri, si dicat suppositum ab ea partum quo magis coheredem haberet, sed ream eam lege Cornelia facere permissum ei non est.

fr. 13. (Marcian.) Mulierem propter publicam vtilitatem ad annonam pertinentem audiri a praefecto annonae deferentem D. Severus et Antoninus rescripserunt. Famosi quoque accusantes — — Milites — — serui quoque deferentes audiuntur.

COLL. LL. MOS. ET R. IV. 5. (*Papin.*) — — sed ei non opponetur infamia, vel quod libertinus rem sestertiorum triginta millium, aut

filium non habuit propriam iniuriam persequenti.

PAVL. V. 16. §. II. Neque accusator per alium accusare, neque reus per alium defendi potest: nisi ingratum libertum patronus accuset, aut rei absentia defendatur.

§. 68.

Jeder Ankläger muß eine schriftliche Versicherung von sich geben, daß er diese bestimmte Anklage bis zu einem Urtheile betreiben wolle (inscriptio in crimen). Dieß hindert Chicanen in Criminalsachen, denn obgleich der Ankläger nicht immer dieselbe Strafe leidet, wenn der Angeklagte losgesprochen wird, welche er diesem zuziehen wollte, so kann dieß doch geschehen, wenn man die Umstände darnach findet.

XLVIII. 2. fr. 7. (Vlp.) Si cui crimen obiciatur praecedere debet in crimen subscriptio, quae res ad id inuenta est ne facile quis proficiat ad accusationem cum sciat inultam sibi accusationem non futuram. §. I. Cauent itaque singuli quod crimen obiciat et praeterea perseveraturos se in crimine usque ad sententiam.

XLVIII. 16. fr. 1. §. 3. (Marcian.) Sed non utique qui non probat quod intendit, protinus calumniari videtur: nam eius reo inquisitio arbitrio cognoscentis committitur, qui reo absoluto

soluto de accusatoris incipit consilio quaerere, qua mente ductus ad accusationem processit: et si quidem iustum eius errorem repererit absoluit eum, si vero in euidenti calumnia eum deprehenderit legitimam poenam ei irrogat. §. 4. Quorum alterutrum ipsis verbis pronuntiationis manifestatur: Nam si quidem ita pronunciauerit NON PROBASTI pepercit ei. Sin autem pronunciauit CALVMNIATVS ES condemnauit eum.

§. 69.

Der Ankläger wird auch bestraft, wenn er dem Angeklagten durchhilft (praeuaricari), oder wenn er die Anklage liegen läßt (tergiuerfari), ohne daß eine abolitio entweder allgemein alle Criminalsachen oder diese insbesondre niedergeschlagen hat. Die praeuaricatio ist nur alsdann ein eigenes iudicium publicum, wenn ein neuer Ankläger gegen den absolvirten reus auftreten will.

XLVIII. 16. fr. 1. (Marcian.) §. 1. Praeuaricari est vera crimina abscondere. — — §. 6. Praeuaricatorem eum esse ostendimus qui coludit cum reo et translatitiae munere accusandi defungitur, eo quod proprias quidem probationes dissimularet, falsas vero rei excusationes admitteret.

XLVII. 15. fr. 2. (Vlp.) Sciendum quod hodie iis qui praeuaricati sunt poena iniungitur extraordinaria.

XLVII. 15. fr. 3. (Macer.) Praeuaricationis iudicium aliud publicum aliud moribus inductum est. §. 1. Nam si reus accusatori publico iudicio ideo praescribat, quod dicat se eodem crimine ab alio accusatum et absolutum, cauetur lege Iulia publicorum, ut non prius accusetur quam de prioris accusatoris praeuaricatione constiterit et pronunciatum fuerit. Huius ergo praeuaricationis pronuntiatio publici iudicii intelligitur. — — §. 3. Si ideo quis accusetur quod dicatur crimen iudicii publici destituisse, iudicium publicum non est, quia neque lege aliqua de hac re cautum est, neque per Senatus consultum, quo poena quinque auri librarum in desistentem statuitur, publica accusatio inducta est.

XLVIII. 16. fr. 1. (Marcian) §. 9. Si quis autem ab accusatione citra abolitionem destiterit punitur.

fr. 8. (Papin.) Abolitio aut publice fit — —

PAVL. V. 17. §. 2. Post abolitionem publicam a delatore suo reus intra tricesimum diem repeti potest, postea non potest.

fr. 10. (Papin.) Aut priuatim actore postulante.

fr. 18. (Papin.) Imperatores Antoninus et Verus Augusti Iulio Vero rescripserunt, cum satis diu litem traxisse diceretur, inuito aduersario non posse eum abolitionem accipere.

§. 70.

§. 70.

Es hängt von dem Ermessen der Criminal-
obrigkeit ab, wie der Angeklagte zu entfliehen
verhindert werden soll, ob durch Bürgen, oder
durch Zugebung eines Soldaten, oder durch Ge-
fängniß. Ein Slave, dessen sich sein Herr
nicht annimmt, wird gefesselt. Gewöhnlich läßt
man einen Verbrecher in die Provinz verabsolgen
worin er das Verbrechen begangen hat, seltener
in die, woher er ist.

*XLVIII. 3. fr. 1. (Vlp.) De custodia reo-
rum Proconsul aestimare solet utrum in carce-
rem recipienda sit persona, an militi tradenda
vel fideiussoribus committenda vel etiam sibi:
Hoc autem vel pro criminis, quod obiicitur
qualitate, vel propter honorem aut propter am-
plissimas facultates, vel pro innocentia perso-
nae, vel pro dignitate eius qui acculatur fa-
cere solet.*

*fr. 2. (Papin.) Si seruus capitali crimine po-
suletur lege publicorum cauetur, ut sistendum
vel ad extero satisdato promittatur, quod si non
defendatur in vincula publica conici iubetur,
ut ex vinculis causam dicat — —.*

*fr. 7. (Macer.) Solent Praefides provincia-
rum in quibus delictum est, scribere ad colle-
gas suos, ubi factores agere dicuntur et deside-
rare ut cum prosecutoribus ad se remittantur,
et id quoque quibusdam rescriptis declaratur.*

§ 5

fr. II.

fr. II. (Cels.) §. I. Illud a quibusdam obseruari solet: vt cum cognouit et constituit remittat illum cum elogio ad eum, qui prouinciae praest, vnde is homo est: quod ex causa faciendum est.

§. 71.

Stellt sich ein Angeklagter in einer wichtigen Sache nicht, so darf er nicht verurtheilt werden, sondern man muß ihn auf die Liste derer setzen, die man sucht, und dieses bekandt machen. Bleibt er dann ein Jahr aus, so hat der fiscus das Recht, sein Vermögen einzuziehen.

XLVIII. 17. fr. I. (Marcian.) — — hoc iure utimur ne absentes damnentur — — §. 1. Si autem grauius quis puniatur, puta in opus metalli vel similem poenam siue capitalem, hoc casu non est irroganda in absentem poena, sed absens requirendus adnotatus est, vt copiam sui praestet. §. 2. Praesides autem prouinciarum circa requirendos adnotatos hoc debent facere, vt eos quos adnotauerint edictis adesse iubeant, vt possit innotescere eis, qui adnotati sunt. Sed et litteras ad magistratus, vbi consistunt mittere vt per eos possit innotescere, requirendos eos esse adnotatos. §. 3. Et ex hoc annus computatur ad se purgandos. — —

fr. 2. (Macer.) Anni spatium ad occupanda bona eius qui requirendus adnotatus est pertinet. — —

fr. 4.

fr. 4. (Macer.) Annus exinde computandus est ex quo ea adnotatio — — publice innotuit. — §. 2. In summa sciendum est, nulla temporis praescriptione a causae defensione submoueri eum qui requirendus annotatus est.

fr. 5. (Mod.) §. 3. Curandum est autem, ne quid ei qui profugit, medio tempore a debitoribus eius solvatur, ne per hoc fuga eius infiruetur.

§. 72.

In wie weit die Folter, besonders bey Slaven zulässig und die Aussage glaubwürdig sey, beruht auf dem Ermessen der Obrigkeit. Selbst die Regel, daß kein Slave gefoltert werden soll wenn es ein Capitalverbrechen seines Herrn betrifft, leidet Ausnahmen.

XLVIII. 18. fr. 1. (Vlp.) §. 23. Quaestioni fidem non semper neque tamen nunquam habendam constitutionibus declaratur: etenim res est fragilis et periculosa et quae veritatem fallat: Nam plerique patientia siue duritia tormentorum ita tormenta contemnunt; vt exprimi eis veritas nullo modo possit, alii tanta sunt impatientia vt quoduis mentiri quam pati tormenta velint. — — §. 19. Si serui quasi sceleris participes in se torqueantur, deque domino aliquid fuerint confessi apud iudicem, prout causa exegerit, ita pronunciare eum debere

D.

D. Traianus rescripsit. Quo rescripto ostenditur grauari dominos confessione seruorum: sed ab hoc rescripto recessum constitutiones posteriores ostendunt.

fr. 8. (Paul.) §. 1. Statu liber in adulterio postulari poterit, vt quaestio ex eo habeatur, quod seruus heredis est, sed spem suam retinebit.

PAVL. V. 16. §. 3. Serui alieni in alterius caput non nisi singuli torqueri possunt. Et hoc inuito domino non est permittendum, nisi delator cuius interest quod intendit probare, pretia eorum, quanti dominus taxauerit, inferre sit paratus, vel certe deterioris facti serui subire taxationem,

§. 73.

Die publica iudicia gehen entweder darauf, das Leben oder wenigstens das Bürgerrecht zu entziehen (iudicia capitalia) oder sie gehen nur auf eine Geld- oder Leibesstrafe (non capitalia).

XLVIII. 1. fr. 2. (Paul.) Publicorum iudiciorum quaedam capitalia sunt, quaedam non capitalia. Capitalia sunt ex quibus poena mors aut exilium est, hoc est aquae et ignis interdictio, per has enim poenas eximitur caput de ciuitate: nam caetera non exilia sed relegationes proprie dicuntur: tunc enim
ciuitas

ciuitas retinetur. Non capitalia sunt ex quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua coërcitio poena est.

§. 74.

Wenn die Strafe eines Verbrechens nach dem Stande des Thäters verschieden ist, so sieht man auf seinen Stand zur Zeit der That, und nicht des Urtheils. Wer die Geldstrafe nicht entrichten kann, wird sonst gezüchtigt; wer seine Strafzeit nicht aushält, wird noch um einen Grad härter gestraft. Die gewöhnlichen Strafen sind: Hinrichtung, Slaverey, Verlust des Bürgerrechts, simple Verweisung, Züchtigung, Verlust am Vermögen, der mit Infamie verbunden ist, Zurücksetzung in der Würde, oder Untersagung einer sonst erlaubten Sache. Sehr oft hängt jetzt die Strafe von dem Ermessen der Obrigkeit ab.

XLVIII. 19. fr. 1. (Vlp.) Quoties de delicto quaeritur placuit non eam poenam subire quem debere, quam conditio eius admittit eo tempore, quo sententia de eo fertur, sed ea quam sustineret si eo tempore esset sententiam passus cum deliquisset. — — §. 3. Generaliter placet in legibus publicorum iudiciorum vel priuatorum criminum, qui extra ordinem cognoscunt praefecti vel praesides, vt eis qui poenam pecuniariam egentes eludunt, coërcitionem extraordinariam inducant.

fr. 2.

fr. 2. (Vlp.) — Damnatus — ille est vbi damnatio tenuit.

fr. 4. (Marcian.) Relegati siue in insulam deportati debent locis interdictis abstinere, et hoc iure vtimur vt relegatus interdictis locis non excedat alioquin in tempus quidem relegato perpetuum exsilium, in perpetuum relegato insulae relegationis, in insulam relegato deportationis, in insulam deportato poena capitatis adrogatur — —.

fr. 6. (Vlp.) §. 2. — Sunt poenae, quae aut vitam adimant, aut seruitutem iniungant, aut ciuitatem auferant, aut exilium aut coërcitionem corporis contineant (*fr 8*) aut damnum cum infamia, aut dignitatis aliquam depositionem, aut alicuius actus prohibitionem. §. 1. Vita adimitur vt puta si damnatur aliquis vt gladio in eum animaduertatur — — §. 4. Est poena quae adimat libertatem, huiusmodi vt puta si quis in metallum vel in opus metalli damnetur — — §. 9. Solent Praesides in carcere continendos damnare, aut vt in vinculis contineantur: sed id eos facere non oportet, nam huiusmodi poenae interdictae sunt: carcer enim ad continendos homines non ad puniendos haberi debet — — §. 11. Quicumque in ludum venatorium fuerint damnati — — magis est vt hi quoque serui efficiantur. — — §. 12. Seruos in metallum — — dari solere
nulla

nulla dubitatio est, et si fuerint dati serui poenae efficiuntur, nec ad eum pertinebunt, cuius fuerint, antequam damnarentur. — —

fr. 9. (Vlp.) pr. Moris est aduocationibus quoque Praesides interdicere, et nonnunquam in perpetuum interdicunt, nonnunquam ad tempus —. §. 4. Nonnunquam non aduocationibus cui interdicitur, sed foro.

fr. 12. (Macer.) Quod ad statum damnatorum pertinet, nihil interest iudicium publicum fuerit, nec ne — —.

fr. 13. (Vlp.) Hodie licet ei, qui extra ordinem de crimine cognoscit quam vult sententiam ferre, vel grauiorem vel leuiorem, ita tamen vt in vtroque modo rationem non excedat.

fr. 28. (Callistr.) Capitalium poenarum fere iste gradus sunt: Summum supplicium esse videtur ad crucem (jest heißt es furcam) damnatio, item viui crematio — — item capitis amputatio. Deinde proxima morti poena metalli coërcitio. Post deinde in insulam deportatio. §. I. Caeterae poenae ad existimationem non ad capitis periculum pertinent veluti relegatio ad tempus vel in perpetuum vel in insulam, vel cum in opus quis publicum datur, vel cum fustium ictu subiicitur.

I. 9. fr. 3. (Mod.) Senatorem remotum senatu capite non minui sed Romae morari, D. Seuerus et Antoninus permiserunt.

§. 75.

Das Vermögen eines Verbrechers, der mit Verlust seines Bürgerrechts oder noch härter bestraft wird, zieht man ein, doch so daß seinen Kindern oder seinem Patrone etwas bleibt. Bey einem Verbrecher dieser Art hindert es die Einziehung nicht, wenn der Thäter sich selbst entleibt hat, noch ehe das Urtheil gesprochen ist. Wer in einem nichtcapitalen Verbrecher seinen Ankläger bestochen hat, wird so angesehen als ob er die That eingestanden hätte.

XLVIII. 20. fr. 1. (Call.) Damnatione bona publicantur cum aut vita adimitur aut ciuitas, aut seruilis conditio irrogatur.

fr. 7. (Paul.) §. 1. Si in libertinum animaduersum erit patrono eius id quod in bonis illius habiturus esset — — eripiendum non erit — — §. 2. Ex bonis damnatorum portiones adoptiuis liberis — — non minus quam naturalibus concedi aequum est.

XLVIII. 21. fr. 1. (Vlp.) In capitalibus criminibus a Principibus decretum est, non nocere ei, qui aduersarium corrumpit, sed in his demum

demum quae poenam mortis continent: nam ignoscendum censuerunt ei, qui sanguinem suum qualiter qualiter redemptum voluit.

fr. 2. (Macer) — — Eos, qui a latronibus nominati corruptis accusatoribus diem suum obierint, vt confessos de crimine non relinquere defensionem heredibus rationis est.

fr. 3. (Marcian.) Qui rei postulati vel qui in scelere deprehensi metu criminis imminentis mortem sibi consciuerunt, heredem non habent. — — §. 1. Vt autem D. Pius rescripsit, ita demum bona eius qui in reatu mortem sibi consciuit fisco vindicanda sunt, si eius criminis reus fuit, vt, si damnaretur, morte aut deportatione adficiendus esset.

XLVIII. 22. fr. 1. (Pomp.) Caput ex rescripto D. Traiani — — Scio relegatorum bona auaritia superiorum temporum fisco vindicata, sed aliud clementiae meae conuenit —.

fr. 4. (Marcian.) Relegati in insulam in potestate sua liberos retinent, quia et alia omnia iura sua retinent — —.

XLVIII. 23. fr. 2. (Vlp.) Si deportatus restitutus dignitatem quidem indulgentia Principis recuperavit, in sua autem omnia bona non est restitutus, nec a creditoribus, nec publico nomine conueniri potest. Sed cum ei facultas
Ⓞ
oblata

oblata esset a Principe bona quoque sua recuperandi, maluerit ea derelinquere, actionibus exuere se, quibus ante sententiam subiectus fuerat, non poterit.

XLVIII. 24. fr. 1. (Vlp.) Corpora eorum, qui capite damnantur, cognatis ipsorum neganda non sunt.

§. 76.

Die Infamie ist mit jeder andern Strafe, die in einem iudicium publicum erkannt wird, verbunden, mit andern Criminalstrafen zuweilen, und oft ist sie die einzige eigentliche Strafe, die sogar bey einer Civilsache vorkommt.

III. 2. fr. 1. (Iul.) Praetoris verba dicunt: INFAMIA NOTATUR, QUI AB EXERCITV IGNOMINIAE CAUSA AB IMPERATORE EOVE CUI DE EA RE STATVENDI POTESTAS FVERIT DIMISSVS ERIT; QUI ARTIS LVDICRAE PRONVNCIANDIVE CAUSA IN SCENAM PRODIERIT; QUI LENOCINIVM FECERIT; QUI IN IVDICIO PVBLICO CALVMNIAE PRAEVARICATIONISVE CAUSA QVID FECISSE IVDICATVS ERIT; QUI FVRTI, VI BONORVM RAPTORVM, INIVRIARVM DE DOLO MALO ET FRAVDE SVO NOMINE DAMNATVS PACTVSVE ERIT; QUI PRO SOCIO, TVTELAE, MANDATI, DEPOSITI SVO NOMINE NON CONTRARIO IVDICIO DAMNATVS

TVS

TIVS ERIT; QUI EAM QVAE IN POTESTATE
EIVS ESSET, GENERO MORTVO, CVM EVM
MORTVVM ESSE SCIRET, INTRA ID TEMPVS
QVO ELVGERE VIRVM MORIS EST, ANTE-
QVAM VIRVM ELVGERET IN MATRIMONIUM
COLLOCAVERIT, EAMQVE SCIENS QVIS VXO-
REM DVXERIT, NON IVSSV EIVS IN CVIVS
POTESTATE EST; ET QUI EVM QVEM IN PO-
TESTATE HABERET EAM DE QVA SVpra COM-
PREHENSVM EST VXOREM DVCERE PASSVS
FVERIT; QVIVE SVO NOMINE NON IVSSV
EIVS, IN CVIVS POTESTATE ESSET, EIVSVE
NOMINE QVEM QVAMVE IN POTESTATE HA-
BERET, BINA SPONSALIA, BINASVE NVPTIAS
EODEM TEMPORE CONSTITVTAS HABVERIT.

PAVL. I. 21. §. 13. Parentes et filii maiores
sex annis anno lugeri possunt — —. Qui con-
tra fecerit infamium numero habetur.

PAVL. V. 4. §. 18. Conuitium iudici ab ap-
pellatoribus fieri non oportet: alioquin infam-
ia notantur.

XLVIII. 7. fr. 1. (Marcian.) — — omni
honore quasi infamis — — carebit — —.

III. 1. fr. 1. (Vlp.) §. 9. Deinde adiicit
Praetor: QUI EX HIS OMNIBVS, QUI SVpra
SCRIPTI SVNT, IN INTEGRVM RESTITVTVS
NON ERIT — — §. 10. — — a Principe vel
a senatu — —. An autem et Praetor resti-

tuere possit quaeritur, et mihi videtur talia Praetorum decreta non esse seruanda, nisi sicubi ex officio iurisdictionis suae subuenerunt, vt in aetate obseruatur, si quis deceptus sit --.

§. 77.

Nach der lex Iulia maiestatis hat eine Criminalanklage Statt gegen den, der die Sicherheit oder auch nur die Würde des Staats oder seines Hauptes verletzt hat. Hierbey ist das Besondere, daß wo sich feindselige Gesinnungen ergeben, die Anklage nicht durch den Tod des Verbrechers niedergeschlagen wird; sondern wenn die Erben ihn nicht rechtfertigen, so wird das Vermögen eingezogen.

XLVIII. 4. fr. 1. (Vlp.) §. 1. Maiestatis autem crimen illud est, quod aduersus populum Romanum vel aduersus securitatem eius committitur, quo tenetur is cuius opera dolo malo consilium initum erit, quo obsides iniussu principis interciderent, quo armati homines cum telis lapidibusue in vrbe sint, conueniantue aduersus rempublicam, locaue occupentur vel templa, quouue coetus conuentusue fiat, hominesue ad seditionem conuocentur, cuiusue opera consilio dolo malo consilium initum erit, quo quis magistratus populi Romani quouue imperium potestatemue habet occidatur, quouue quis contra rempublicam arma ferat: quouue hostibus populi R. nuntium litterasue miserit,

ferit, signumue dederit feceritue dolo malo quo hostes populi R. consilio iuuentur aduersus rempublicam: quiue milites sollicitauerit concitaueritque, quo seditio tumultusue aduersus remp. fiat.

fr. II. (Vlp.) Is qui in reatu decedit, integri status decedit, extinguitur enim crimen mortalitate: nisi forte quis maiestatis reus fuit: nam hoc crimine nisi a successoribus purgetur hereditas fisco vindicatur. Plane non quisquis legis Iuliae maiestatis reus est in eadem conditione est, sed qui perduellionis reus est, hostili animo aduersus remp. vel principem animatus; caeterum si quis ex alia causa legis Iuliae maiestatis reus sit, morte crimine liberatur.

PAVL. *V. 29. §. 1.* — — His antea in perpetuum aqua et igni interdicebatur, nunc vero humiliores bestiis obiciuntur, vel viui exuruntur; honestiores capite puniuntur — — §. 2. In reum maiestatis inquiri prius conuenit, quibus opibus, qua factione, quibus hoc auctoribus fecerit: tanti enim criminis reus non obtentu adulationis alicuius sed ipsius admissi causa puniendus est. Et ideo cum de eo quaeritur, nulla dignitas a tormentis excipitur.

IV. 1. const. 2. (Alex.) Iurisiurandi contempta religio satis Deum vltorem habet. Periculum autem corporis aut maiestatis crimen,

secundum constituta diuorum parentum meorum, etsi per principis venerationem quodam calore fuerit peieratum, inferri non placet.

§. 78.

Die lex Iulia de adulteriis geht nur auf solche Frauenzimmer, deren Stand nicht schon Sittenlosigkeit vermuthen läßt, nur auf eine materfamilias, sie mag verheirathet seyn oder nicht, nicht auf eine Sclavinn oder Comödiantinn, oder öffentliche Weibsperson. Indessen kann der Ehemann sogar diese anklagen. Bey diesem Verbrechen, wohin auch Knabenschänderen und Verfuppelung gehört, hat der Vater und der Ehemann ein vorzügliches Recht, theils zur Privat- rache, theils zur Anklage binnen 60 Tagen von Zeit der getrennten Ehe; dann kann jeder andere nicht unfähige Ankläger noch binnen 4 Monathen anklagen, nur wenn es eine noch verheirathete Frau betrifft, muß er erst den Ehemann wegen Verfuppelung, oder den adulter anklagen und zur Strafe bringen.

XLVIII. 5. fr. 6. (Papin.) Inter liberas tantum personas adulterium stuprumue passas lex Iulia locum habet. — — §. 1. Lex stuprum et adulterium promiscue — — appellat.

fr. 8. (Papin.) Qui domum suam vt stuprum adulteriumue cum aliena matrefamilias vel cum masculo fieret sciens praebuerit vel quaesum
ex

ex adulterio vxoris suae fecerit cuiuscunque sit conditionis quasi adulter punitur.

fr. 10. (Papin.) Mater autem familias significatur non tantum nupta sed etiam vidua.

fr. 13. (Vlp.) Si vxor non fuerit in adulterio, concubina tamen fuit, iure quidem mariti accusare eam non poterit quae vxor non fuit: iure tamen extranei accusationem instituere non prohibebitur, si modo ea sit quae in concubinatum se dando matronae nomen non amittit: vt puta quae patroni concubina fuit. — —
§. 2. Sed et in ea vxore potest maritus adulterium vindicare, quae vulgaris fuerit: quamuis si vidua esset impune in ea stuprum committeretur.

fr. 20. (Papin.) Patri datur ius occidendi adulterum cum filia, quam in potestate habet. Itaque nemo alius ex patribus idem iure faciet, sed nec filiusfamilias pater.

fr. 22. (Papin.) §. 2. Ius occidendi patri conceditur domi suae, licet ibi filia non habitat vel in domo generi.

fr. 23. (Vlp.) Quod ait lex: IN FILIA ADULTERVM DEPREHENDERIT — — §. 4. IN CONTINENTI FILIAM OCCIDAT.

fr. 24. (Macer) Marito quoque adulterum vxoris suae occidere permittitur, sed non quem-

libet vt patri, nam hac lege cauetur vt liceat viro deprehensum domi suae non etiam soceri, in adulterio vxoris occidere eum qui leno fuerit, quiue artem ludicram ante fecerit, ante in scenam saltandi cantandiuue causa prodierit: iudicioue publico damnatus, neque in integrum restitutus erit, quiue libertus eius mariti vxorisue patris, matris, filii, filiae, — — quiue seruus erit. §. 1. Et praecipitur vt is maritus, qui horum quem occiderit vxorem sine mora dimittat.

COLL. LL. MOS. ET R. IV. 12. (Paul.) Occiso adultero dimittere statim maritus debet vxorem, atque ita triduo proximo profiteri, cum quo adultero et in quo loco vxorem deprehenderit.

XLVIII. 5. fr. 25. (Ulp.) Capite quinto legis Iuliae ita cauetur VT VIRO ADULTERVM IN VXORE SVA DEPREHENSVM QVEM AVT NOLIT AVT NON LICEAT OCCIDERE RETINERE HORAS DIVERNAS NOCTVRNASQVE CONTINVAS NON PLVS QVAM VIGINTI TESTANDAE EIVS REI CAUSA SINE FRAVDE SVA IVRE LICEAT —.

fr. 14. (Scaev.) §. 2. Marito primum vel patri eam filiam quam in potestate habet intra dies sexaginta diuortii accusare permittitur, nec vlli alii intra id tempus agendi potestas datur: ultra eos dies neutrius voluntas exspectatur.

§. 3.

§. 3. Iure mariti qui accusant calumniae periculum non euitant.

fr. 29. (Vlp.) §. 5. Sex mensium haec fit separatio vt in nupta quidem ex die diuortii sex menses computentur, in vidua vero ex die commissi criminis — — vt — — sic fit accipiendum ne crimen quinquennio continuo sopitum excitetur. §. 6. — — et melius est dicere omnibus admissis ex lege Iulia venientibus quinquennium esse praestitutum. §. 7. — — ex eo die quo quid admissum est et ad eum diem quo quis postulatus postulataue est: et non ad eum diem quo iudicium de adulteriis exercetur.

fr. 4. (Vlp.) §. 1. Extraneis autem, qui accusare possunt, accusandi facultas post maritum et patrem conceditur, nam post sexaginta dies quatuor menses extraneis dantur et ipsi utiles.

fr. 5. (Iul.) Nuptam mihi adulterii ream postulari posse in priore matrimonio commissi, dubium non est: cum aperte lege Iulia de adulteriis coërcendis caueatur si quidem vidua sit de cuius adulterio agetur, vt accusator liberum arbitrium habeat, adulterum an adulteram prius accusare malit: si vero nupta sit vt prius adulterum peragat, tunc mulierem.

fr. 26. (Vlp.) Constante matrimonio ab eo, qui extra maritum ad accusationem admittitur,

accusari mulier adulterii non potest — — nisi prius lenocinii maritum accusauerit. — —

fr. 27. (Vlp.) §. 6. Haberi quaestionem lex iubet de seruis ancillisque eius de quo vel de qua quaeritur, parentisque utriusque eorum, si ea mancipia ad usum ei a parentibus data sint. — —
§. 11. Iubet lex eos homines, de quibus quaestio ita habita est publicos esse. — — Ratio autem publicandorum seruorum ea est, ut sine ullo metu verum dicant, et ne dum timeant se in reorum potestatem regressuros, obdurent in quaestione.

COLL. LL. MOS. ET R. IV. 11. (Pap.) — — Sed quoniam non facile tale delictum sine ministerio seruorum admitti creditum est ratio eo perduxit, ut etiam extraneo accusante mancipia quaestioni tormentorum subiicerentur a iudicibus.

PAVL. II. 26. §. 12. Qui masculum liberum inuitum stuprauerit, capite punitur. 13. Qui voluntate sua stuprum flagitiumque impurum patitur dimidia parte bonorum suorum multatur, nec testamentum ei ex maiore parte facere licet. 14. Adulterii conuictas mulieres dimidia parte dotis et tertia parte bonorum ac relegatione in insulam placuit coërceri: Adulteris vero viris pari in insulam relegatione dimidiam bonorum partem auferri, dummodo in diuersas

diuersas insulas relegentur. 15. Incesti poenam, quae in viro in insulam deportatio est, mulieri placuit remitti: haec tamen quatenus lege Iulia de adulteriis non apprehenditur. 16. Ancillarum sane stuprum, nisi deteriores fiant, aut per eas ad dominam adfectet citra noxam habetur.

§. 79.

Die lex Iulia de vi publica bestraft alle Gewaltthätigkeiten gegen die öffentliche Sicherheit, auch Nothzucht, neue Abgaben, und Mißbrauch der obrigkeitlichen Gewalt gegen die Provocation, mit der Verbannung aus Italien.

XLVIII. 6. fr. 1. (Marcian.) Lege Iulia de vi publica tenetur qui arma tela domi suae agroue in villa praeter vsum venationis vel itineris vel nauigationis coegerit.

fr. 3. (Marcian.) §. 3. Item tenetur, qui ex incendio rapuerit aliquid praeter materiam — —
§. 4. Praeterea punitur huius legis poena qui puerum vel feminam vel quemquam per vim stuprauerit. *§. 6.* Eadem lege tenetur qui hominibus armatis possessorem domo agroue sua aut naui sua deiecerit expugnauerit concursu.

fr. 5. (Marcian.) §. 2. Qui vacantem mulierem rapuit vel nuptam — — sine quinquennii praescriptione — — cum raptus crimen legis Iuliae de adulteriis potestatem excedit.

fr. 7.

fr. 7. (Vlp.) Lege Iulia de vi publica tenetur qui cum imperium potestatemue haberet civem Romanum aduersus prouocationem neeauerit, verberauerit, iusseritue quid fieri, aut quid in collum iniecerit vt torqueatur.

PAVL. V. 26. §. 1. — — antea ad populum nunc ad Imperatorem appellantem — —. Cuius rei poena in humiliorem capitis in honestiores insulae deportatione coërcetur.

XLVIII. 6. fr. 12. (Paul.) Qui noua uectigalia exercent lege Iulia de vi publica tenentur.

fr. 10. (Vlp.) §. 2. Damnato de vi publica aqua et igni interdicitur.

§. 80.

Die lex Iulia de vi priuata ist von der vorigen darin verschieden, daß die Verbrechen geringer und etwa ohne Waffen begangen seyn müssen, und daß die Strafe in Einziehung eines Dritttheils von Vermögen und in der Infamie besteht.

XLVIII. 7. fr. 1. (Marcian.) De vi priuata damnati pars tertia bonorum ex lege Iulia publicatur: et cautum est ne senator sit, ne decurio, aut vllum honorem capiat neue in eum ordinem sedeat neue iudex sit, et videlicet omni honore

honore quasi infamis ex Scto carebit. §. 1.
— — si quis ex naufragio dolo malo quid
rapuerit — —.

fr. 2. (Scaeu.) — — Qui conuocatis homi-
nibus vim fecerit quo quis verberaretur, pulsa-
retur, neque homo occisus erit.

fr. 5. (Vlp.) Si quis aliquem deiecit ex agro
suo hominibus congregatis sine armis — —.

(§. 81.) §. 81.

Die lex Cornelia de sicariis et veneficiis
geht auf alle Entleibungen oder Vergiftungen
die vorsehlich geschehen und nicht als Nothwehr
oder Privatrache erlaubt sind, ohne Rücksicht ob
der Ermordete ein Slave war; auf Feueranle-
gen, auch auf Castration. Die Strafe ist De-
portation oder auch Hinrichtung.

XLVIII. 8. fr. 1. (Marcian.) Lege Cornelia
de sicariis et veneficiariis tenetur qui hominem
occiderit, cuiusue dolo malo incendium factum
erit, quive hominis occidendi furtiue faciendi
causa cum telo ambulauerit, quive cum ma-
gistratus esset publicoue iudicio praecesset operam
dedisset, quo quis falsum indicium profiteretur,
vt quis innocens conueniretur, condem-
naretur. §. 1. Praeterea tenetur, qui hominis
necandi causa venenum confecerit dederit, quive
falsum testimonium dolo malo dixerit, quo
quis

quis publico iudicio rei capitalis damnaretur, quive magistratus iudexve quaestionis sub capitalem causam pecuniam acceperit ut publica lege reus fieret. §. 2. Et qui hominem occiderit punitur non habita differentia cuius conditionis hominem interemit. §. 3. D. Hadrianus rescripsit eum qui hominem occidit, si non occidendi animo hoc admisit, absolui posse: et qui hominem non occidit, sed vulneravit ut occidat pro homicida damnandum: et ex re constituendum hoc (PAVL. V. 23. §. 3.) — — §. 4. Item D. Hadrianus rescripsit eum qui stuprum sibi vel suis per vim inferentem occidit, dimittendum.

fr. 3. (Marcian.) §. 5. Legis Corneliae de ficiariis et veneficis poena insulae deportatio est, et omnium bonorum ademptio. Sed solent hodie capite puniri nisi honestiore loco positi fuerint, ut poenam legis sustineant: humiliores enim solent vel bestiis subiici, altiores vero deportantur in insulam.

fr. 4. (Vlp.) §. 2. Idem D. Hadrianus rescripsit: Constitutum quidem est ne spadones fierent, eos autem qui hoc crimine arguerentur Corneliae legis poena teneri, eorumque bona merito fisco meo vindicari debere: sed et in seruos qui spadones fecerint ultimo supplicio animaduertendum esse. — — Medico quidem

quidem qui exciderit capitale erit, item ipsi qui se sponte excidendum praebuit.

fr. 7. (Paul.) In lege Cornelia dolus pro facto accipitur: nec in hac lege culpa lata pro dolo accipitur. —

fr. II. Mod.) §. 1. Servo sine iudice ad bestias dato, non solum qui vendidit verum et qui comparavit tenebitur.

PAVL. V. 23. §. 6. Servus si plagis defecerit, nisi id dolo fiat, dominus homicidii reus postulari non potest —. 15. Qui sacra impia nocturnaue ut quem obcantarent, defigerent, obligarent fecerint faciendae curaverint aut cruci suffiguntur, aut bestiis obiciuntur.

§. 82.

Nach der lex Pompeia de parricidiis verfährt man gegen alle, die nahe Verwandte oder verschwägte Personen ihren Ehegatten oder ihren Patron umbringen oder umbringen wollen. Diese Anklage wird nie verjährt.

XLVIII. 9. *fr. 1. (Marcian.)* Lege Pompeia de parricidiis cauetur ut si quis patrem, matrem, avum, aviam, fratrem sororem, patruem, matruem, patruum, avunculum, amitam, consobrinum, consobrinam, uxorem, virum, generum soerum vitricum priuignum, priuignam, patronum patronam occiderit cuiusue

iusue dolo malo id factum erit vt poena ea teneatur, quae est legis Corneliae de sicariis. Sed et mater, quae filium, filiamue occiderit, eius legis poena adficitur — —.

fr. 9. (Mod.) Poena parricidii more maiorum haec instituta est, vt parricida virgis sanguineis verberatus deinde culleo infuatur cum cane, gallo gallinaceo, et vipera et simia deinde in mare profundum culleus iactetur: hoc ita si mare proximum sit: alioquin bestiis obiciatur —. §. 1. Qui alias personas occiderint praeter patrem et matrem et auum et auiam, quos more maiorum puniri supra diximus, capitis poena plectentur aut vltimo supplicio mactantur.

§. 83.

Nach der lex Cornelia de falsis wird bestraft, wer falsche Urkunden macht oder wahre unterschlägt, wer ein falsches Zeugniß ablegt oder veranlaßt, wer an der Münze sich vergeht u. s. w.

PAVL. V. 25. §. 1. Lege Cornelia testamentaria tenetur qui testamentum, quodue aliud instrumentum falsum sciens dolo malo scripserit, recitauerit, subiecerit, suppresserit, amouerit, resignauerit, deleuerit: quodue signum adulterinum exsculpsit, fecerit, expresserit, amouerit, reserauerit: quique nummos aureos argen-

argenteos adulterauerit, lauerit, conflauerit, raserit, corruerit, vitiauerit: vultuae Principum signatam monetam praeter adulterinam reprobauerit. Et honestiores quidem in insulam deportantur, humiliores autem aut in metallum damnantur, aut in crucem tolluntur. Serui autem post admissum manumissi capite puniuntur. — — §. 2. Qui ob falsum testimonium perhibendum, vel verum non perhibendum, pecuniam acceperit, dederit, iudicemue, vt sententiam ferat vel non ferat, corruerit, corrupendumue curauerit, humiliores capite puniuntur, honestiores publicatis bonis cum ipso iudice in insulam deportantur. — 4. Iudex qui contra sacras Principum constitutiones contraue ius publicum, quod apud se recitatum est, pronunciat in insulam deportatur. 5. Qui rationes, acta, libellos, album propositum, testationes, cautiones, chirographa, epistolas, sciens dolo malo in fraudem alicuius deleuerit, mutauerit, subiecerit, subscripserit, quiae aes inaurauerit, quiae cum argentum vel aurum poneret aes stannumue subiecerit falsi poena coeretur. — — 7. Qui viui testamentum aperuerit, recitauerit, resignauerit, poena legis Corneliae tenetur. — 8. Si quis instrumenta litis suae a procuratore suo vel cognitore aduersario prodita esse conuicerit, tam procurator quam cognitor — —. 9. Instrumenta penes se deposita quicumque alteri, altero absente, reddiderit
§
vel

vel aduersario prodiderit — — 10. Qui falsis instrumentis, actis, epistolis, rescriptis, sciens dolo malo vsus fuerit. — — 11. Si quis sibi falsum nomen imposuerit; genus parentesue finxerit, quo quid alienum interceperit, possederit — —. 12. Qui insignibus altioris ordinis vtuntur, militiamque confingunt, quo quem terreant vel concutiant. — 13. Si qui de iudicis amicitiiis vel familiaritate mentientes euentus sententiarum eius vendunt, quidue obtentu nominis eius agunt, conuicti pro modo delicti aut relegantur, aut capite puniuntur.

XLVIII. 10. fr. 1. (Marcian.) §. 7. — lege Cornelia tenentur qui sibi legatum fideicommissumue adscripserint. §. 8. Inter filium, et seruum, et extraneum, testamentum scribentes hoc interest, quod in extraneo, si specialiter subscriptio facta sit *QVOD ILLI DICTAVI ET RECOGNOVI* poena cessat et capi potest; in filio, vel seruo vel generalis subscriptio sufficit, et ad poenam euitandam et ad capiendum.

fr. 21. (Paul.) Qui duobus in solidum eandem rem diuersis contractibus vendidit, poena falsi coërcetur, et hoc et D. Hadrianus constituit. Iis adiungitur et is, qui iudicem corrumpit, sed remissius puniri solent, vt ad tempus relegentur, nec bona illis auferantur.

§. 84.

Die lex Iulia repetundarum geht auf alle Gelder, welche ein Gouverneur, oder eine obrigkeitliche Person, angenommen hat, wäre es auch um das zu thun, was das Amt erforderte.

XLVIII. II. fr. I. (Marcian.) Lex Iulia repetundarum pertinet ad eas pecunias, quas quis in magistratu, potestate, curatione, legatione, vel quo alio officio, munere, ministerio publico cepit, vel cum ex cohorte cuius eorum est. §. I. Excipit lex a quibus licet accipere, a sobrinis, propioreue gradu cognatis suis, vxore.

fr. 7. (Macer.) Lex Iulia de repetundis praecipit, ne quis ob iudicem arbitrumue dandum, mutandum, iubendumue vt iudicet, neue ob non dandum, — — neue ob hominem in vincula publica coniiciendum, vincendum, vinciriue iubendum, exque vinculis dimittendum: neue quis ob hominem condemnandum absoluumue, neue ob litem aestimandam, iudiciumue capitis pecuniaeue faciendum, vel non faciendum, aliquid acceperit. — —

fr. 6. §. I. (Venul.) Hac lege damnatus testimonium publice dicere, aut iudex esse, iudicareue prohibetur. — —

PAVL. V. 28. Iudices pedanei, si pecunia corrupti dicantur, plerumque a Praefide aut cu-

ria submouentur, aut in exsilium mittuntur, aut ad tempus relegantur.

§. 85.

Die lex Iulia de annona bestraft alle Unternehmungen zur Vertheuerung des Getraides, an Geld.

XLVIII. 12. fr. 2. (Vlp.) Lege Iulia de annona poena statuitur aduersus eum, qui contra annonam fecerit, societatemue coierit, quo annona carior fiat. — — §. 2. Et poena viginti aureorum statuitur.

§. 86.

Die lex Iulia peculatus ahndet alle Entwendungen oder Veruntreuungen öffentlicher Gelder, sie mögen dem Staate oder einem Tempel gehören. Wer aber nur nicht alles öffentliche Geld herausgibt, was er herausgeben sollte, oder wer es nicht dazu anwendet, wozu er es erhält, gegen den verfährt man nach der lex Iulia de re fiduis.

XLVIII. 13. fr. 1. (Vlp.) Lege Iulia peculatus cauetur, ne quis ex pecunia sacra, religiosa, publicae auferat, neue intercipiat, neue in rem suam vertat, — — neue quis in aurum, argentum, aesue publicum quid indet, neue immisceat, — — quo peius fiat,

fr. 9.

fr. 9. (Paul.) §. 2. Labeo — — peculatum definit: pecuniae publicae aut sacrae furtum non ab eo factum, cuius periculo fuit —.

fr. 3. (Vlp.) Peculatus poena aquae et ignis interdictionem, in quam hodie successit deportatio, continet. Porro qui in eum statum deducitur, sicut omnia pristina iura, ita et bona amittit.

PAVL. *V. 27.* Si quis fiscalem pecuniam adtractauerit — — in quadruplum eius pecuniae quam sustulit condemnatur.

XLVIII. 13. fr. 7. (Ven.) Peculatus crimen, ante quinquennium admissum, obiici non oportet.

fr. 4. (Marcian.) §. 3. Lege Iulia de residuis tenetur is, apud quem ex locatione, emptione, alimentaria ratione, ex pecunia, quam accepit, aliaue qua causa, pecunia publica resedit. §. 4. Sed et qui publicam pecuniam in usus aliquos acceptam retinuerit, nec erogauerit, hac lege tenetur. §. 5. Qua lege damnatus amplius tertia parte, quam debet, punitur.

fr. 14. (Papin.) Publica iudicia peculatus et de residuis et repetundarum similiter aduersus heredem exercentur, nec immerito: cum in his quaestio principalis ablatae pecuniae moueatur.

§. 87.

Die lex Iulia ambitus geht jetzt nur noch auf unerlaubte Bewerbung um Municipalstellen, oder um ein günstiges Urtheil.

XLVIII. 14. fr. 1. (Mod.) Haec lex in vrbe hodie cessat, quia ad curam Principis magistratum creatio pertinet, non ad populi fauorem. §. 1. Quodsi in municipio contra hanc legem magistratum vel sacerdotium quis petierit, per senatusconsultum centum aureis cum infamia punitur. §. 2. Qua lege damnatus, si alium conuicerit, in integrum restituitur, non tamen pecuniam recipit. — — §. 4. Et si quis reus vel accusator domum iudicis ingrediatur, per legem Iuliam iudicariam in legem ambitus committit, id est, aureorum centum fisco inferre iubetur.

§. 88.

Die lex Fabia de plagiariis macht das wissentliche Kaufen und Verkaufen eines freyen Menschen zum Capitalverbrechen. Auch bestraft sie diejenigen, welche machen, daß ein Slave entläuft, oder welche ihn verhehlen.

XLVIII. 15. fr. 1. (Vlp.) Si liberum hominem emptor sciens emerit, capitale crimen aduersus eum ex lege Fabia de plagio nascitur: quo venditor quoque fit obnoxius, si sciens liberum esse vendiderit.

PAVL.

PAVL. I. 6. A. §. 2. Contra decretum amplissimi ordinis fugitium, in fuga constitutum, nec emere nec vendere permissum est, interrogata poena in vtrumque sestertiorum D. millium.

XLVIII. 15. fr. 2. (Vlp.) §. 3. Hoc autem Senatusconsulto domini continentur, qui fugam seruorum suorum vendiderunt.

fr. 6. (Callistr.) — — Plane autem scire debet, posse aliquem furti crimine ob seruos interceptos alienos teneri, nec id circo tamen statim plagiarium esse existimari — — §. 2. Lege Fabia cauetur: Vt liber qui hominem ingenuum, vel libertinum, inuitum celauerit, inuinctum habuerit, emerit, sciens dolo malo, quique in earum qua re socius erit, quique seruo alieno, seruaeue, persuaferit, vt a domino dominaue fugiat, vel eum eamue, inuito vel insciente domino dominaue celauerit, inuinctum habuerit, emerit sciens dolo malo quique in ea re socius erit eius poena teneatur.

fr. 7. (Herm.) Poena pecuniaria statuta lege Fabia in vsu esse desiit, nam in hoc crimine detecti pro delicti modo coercentur, et plerumque in metallum damnantur.

§. 89.

Dies sind die Verbrechen, worüber ein eigener Volksschluß vorhanden ist, aber alle widerrechtlichen

lichen Beschädigungen können noch außer der Civilstrafe, auch auf eine ähnliche Art behandelt, und im Nahmen des Staats geahndet werden. Hierhin gehören außer den vier Vergehungen, wodurch eine eigene obligatio entsteht, (furtum, rapina, damnum und iniuria) auch noch besonders attentirte Verführung, Abtreibung eines Kindes, Vertheurung irgend einer Waare (dardanarii), verbotene Künste (sacularii), verbotene abergläubische Versammlungen, Versetzung der Grenzsteine, Beschädigung der Dämme, Prævarication, Concussion, Entwendung, wozu sich der Thäter in fremde Zimmer einschleicht (directarii), gefährlicher Viehdiebstahl (abigei), Ausplünderung einer Verlassenschaft, und alles was man unter dem allgemeinen Nahmen stellationatus begreift.

XLVII. 2. fr. 3. (Vlp.) Si quis actionem, quae ex maleficiis oritur, velit exequi, si quidem pecuniariter agere velit, ad ius ordinarium remittendus erit, nec cogendus erit in crimen subscribere; enim vero si extra ordinem eius rei poenam exerceri velit, tunc subscribere eum in crimen oportebit.

XLVII. 3. fr. 92. (Vlp.) Meminisse oportebit, nunc furti plerumque criminaliter agi, et eum, qui agit, in crimen subscribere: non quasi publicum sit iudicium, sed quia visum est, temeritatem agentium etiam extraordinaria animaduer.

aduersione coercendam. Non ideo tamen minus, si qui velit, poterit ciuilitate agere.

XLVII. 10. fr. 45. (Herm.) De iniuria nunc extra ordinem ex causa et persona statui solet.

XLVII. 11. fr. 1. (Paul.) Sollicitatores alienarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores, etsi effectu sceleris potiri non possunt, propter voluntatem perniciosae libidinis extra ordinem puniuntur — —.

fr. 3. (Vlp.) Stellionatus vel expilatae hereditatis iudicia accusationem quidem habent, sed non sunt publica.

fr. 4. (Marcian.) — — Eam, quae data opera abegit, a Praeside in temporale exilium dandam, indignum enim videri potest, impune eam maritum liberis fraudasse.

fr. 5. (Vlp.) In eum, cuius instinctu ad infamandum dominum feruus ad statuam confugisse compertus erit, — — seuerè animaduertitur.

fr. 6. (Vlp.) — — Mandatis — — ita cauetur: Praeterea debebis custodire ne Dardanarii ullius mercis sint, ne aut ab his qui coemptas merces supprimunt, aut a locupletioribus, qui fructus suos aequis pretiis vendere nollent, dum minus vberes prouentus expectant, ne annona oneretur. Poena autem in hos varie statuitur — —.

fr. 7. (Vlp.) Saccularii, qui vetitas in sacculo artes exercentes, partem subducunt partem subtrahunt, item qui directarii appellantur, hoc est, hi, qui in aliena coenacula se derigunt furandi animo, plus quam fures puniendi sunt — —.

fr. 9. (Vlp.) Sunt quaedam quae more prouinciarum coërcitionem solent admittere, vt puta in prouincia Arabiae σκοπελισμον, id est, lapidum positionem — —.

fr. 10. (Vlp.) In Aegypto qui chomata rumpit vel dissoluit — — aequè plectitur extra ordinem — —.

XLVII. 13. fr. 1. (Vlp.) Si simulato Praefidis iussu concussio interuenit, ablatum eiusmodi terrore restitui Praeses prouinciae iubet, et delictum coërcet.

XLVII. 14. fr. 1. (Vlp.) §. 1. Abigei autem proprie hi habentur, qui pecora ex pascuis vel ex armentis subtrahunt, et quodammodo depraedantur, et abigendi studium quasi artem exercent, equos de gregibus vel boues de armentis abducentes. Caeterum si quis bouem aberrantem, vel equos in solitudine relictos, abduxerit, non est abigeus sed fur potius — —.

fr. 2. (Macer.) Abigeatus crimen publici iudicii non est, quia furtum magis est, sed quia plerumque abigei et ferro vtuntur, si deprehendantur

dantur, ideo grauiter et puniri eorum admiffum folet.

XLVII. 15. fr. 2. (Vlp.) Sciendum quod hodie iis, qui praeuaricati funt, poena iniungitur extraordinaria.

XLVII. 16. fr. 1. (Marcian.) Pessimum genus est receptatorum, sine quibus nemo latere diu potest. Et praecipitur, vt perinde puniantur atque latrones — —.

XLVII. 17. fr. 1. (Vlp.) Fures nocturni extra ordinem audiendi funt, et causa cognita puniendi. — Idem et in balneariis furibus.

XLVII. 18. fr. 1. (Vlp.) De his qui carcere effracto euaserunt, sumendum supplicium Diui fratres — — rescripserunt. — — quod si per negligentiam custodum, lenius puniendos. §. 1. Expilatores, qui funt atrociores fures, — — in opus publicum — — dari solent.

fr. 2. (Vlp.) Inter effractores varie animaduertitur — —.

XLVII. 19. fr. 1. (Marcian.) Si quis alienam hereditatem expilauerit, extra ordinem folet coërceri per accusationem expilatae hereditatis — —.

XLVII. 20. fr. 1. (Pap.) Actio stellationatus neque publicis iudiciis, neque priuatis actionibus, continetur.

fr. 2.

fr. 2. (Vlp.) Stellionatus iudicium famosum quidem non est, sed coërcitionem extraordinariam habet.

fr. 3. (Vlp.) §. 1. Stellionatum autem obiici posse his, qui dolo quid fecerunt, sciendum est: scilicet si aliud crimen non sit, quod obiiciatur, quod enim in privatis iudiciis est de dolo actio, hoc in criminibus stellionatus persecutio. — — §. 2. Poena autem stellionatus nulla legitima est, cum nec legitimum crimen sit, solent autem ex hoc extra ordinem plecti.

XLVII. 21. fr. 1. (Mod.) Terminorum auulforum non multa pecuniaria est, sed pro conditione admittentium coërcitione transigendum.

XLVII. 22. fr. 2. (Vlp.) Quisquis illicitum collegium vsurpauerit, ea poena tenetur, qua tenentur, qui hominibus armatis loca publica vel templa occupasse iudicati sunt.

XXXVII. 15. fr. 1. (Vlp.) §. 2. Si filius patrem aut matrem, quos venerari oportet, contumeliis adficit, vel impias manus eis infert, praefectus vrbis delictum — — pro modo eius vindicat.

XXXVII. 14. fr. 7. (Mod.) §. 1. Mandatis Imperatorum cauetur, vt etiam in prouinciis Praefides, de querelis patronorum ius dicentes, secundum delictum admissum libertis poenas irrogent.

XXVI.

XXVI. 10. fr. 3. (Vlp.) §. 15. — Si (tutor) nihil posse decerni contendit, quasi inopibus: si — — in mendacio reuincatur: ad Praefectum urbis remittendus est — — puniendus ea poena, qua solent affici, qui tutelam corruptis ministeriis Praetoris redemerunt.

XXIII. 2. fr. 68. (Paul.) Iure gentium incestum committit, qui ex gradu ascendentium, vel descendentium uxorem duxerit. Qui vero ex latere eam duxerit, quam vetatur, vel affinem, quam impeditur, si quidem palam fecerit, leuius, si vero clam hoc commiserit, grauius punitur —.

fr. 64. (Call.) Libertum eundemque tutorem pupillae, eo, quod in matrimonium collocata ipsi tutori suo vel filio eius est, senatus relegandum censuit —.

PAVL. V. 4. §. 21. Conuitium contra bonos mores fieri videtur, si obsceno nomine aut inferiore parte corporis nudatus aliquis infectatus sit: quod factum, contemplatione morum et causa publicae honestatis, vindictam extraordinariae ultionis expectat.

Neuntes Buch.

Von der bürgerlichen Gerichtsverfassung.

§. 90.

Die Befugniß, bey Privatrechtsfachen das zu thun, was von Seiten des Staats dabey gethan werden muß, heißt im allgemeinen Sinne iurisdiction. Sie läßt sich ohne ein Recht zu zwingen nicht gedenken.

II. I. fr. I. (Vlp.) Ius dicentis officium latissimum est, nam et bonorum possessionem dare potest, et in possessionem mittere, pupillis non habentibus tutores constituere, iudices litigantibus dare.

fr. 2. (Iau.) Cui iurisdiction data est, ea quoque concessa esse videntur, sine quibus iurisdiction explicari non potuit.

fr. 3. (Vlp.) Imperium aut merum aut mixtum est. Merum est imperium, habere gladii potestatem, ad animaduertendum facinorosos homines, quod etiam potestas appellatur. Mixtum est imperium, cui etiam iurisdiction inest, quod in danda bonorum possessione consistit. Iurisdiction est etiam iudicis dandi licentia.

II. 3. fr. I. (Vlp.) Omnibus magistratibus, non tamen duumviris, secundum ius potestatis

tis suae concessum est, iurisdictionem suam defendere poenali iudicio. §. 1. Is videtur ius dicenti non obtemperasse, qui quod extremum in iurisdictione est non fecit, veluti si quis rem mobilem vindicari a se passus non est, sed duci eam vel ferri passus est — —. §. 4. Hoc iudicium non ad id quod interest, sed quanti ea res est, concluditur, et cum meram poenam contineat, neque post annum neque in heredem datur.

§. 91.

Die iurisdiction haben der Kaiser, einige neue und einige alte obrigkeitliche Personen. Letztere dürfen die Ausübung dieses Rechts sogar an andere, diese seyen obrigkeitliche Personen oder nicht, überlassen. Die Municipalobrigkeiten haben sie nur bis auf eine gewisse Summe, und mit Ausnahme der Sachen, worin der Gouverneur selbst erkennt.

II. I. fr. 13. (Vlp.) pr. Eum, qui iudicare iubet, magistratum esse oportet. §. 1. — — vel is, qui in potestate aliqua sit; vt puta Proconsul vel Praetor vel alii, qui prouincias regunt.

fr. 5 (Iul.) More maiorum ita comparatum est, vt is demum iurisdictionem mandare possit, qui eam suo iure, non alieno beneficio haberet.

CAPIT. *in Marco 10.* Multis et praetoriis et consularibus priuatis decidenda negotia delegauit,

gavit, quo magis eorum cum exercitio iuris auctoritas cresceret — —. II. Datis iuridicis Italiae consuluit, ad id exemplum, quo Hadrianus consulares viros reddere iura praecerat.

II. I. *fr. 20. (Paul.)* — — Impune non pareretur — — si supra iurisdictionem suam velit ius dicere.

fr. II. (Cai.) pr. Si idem cum eodem pluribus actionibus agat, quarum singularum quantitas intra iurisdictionem iudicantis sit, coactionatio vero omnium excedat modum iurisdictionis eius: apud eum agi posse Sabino, Cassio, Proculo placuit —.

fr. 19. (Ulp.) — — quantum petatur quaerendum est, non quantum debeat.

PAVL. V 5. A. §. I. Res iudicatae videntur ab his, qui imperium potestatemque habent, vel qui ex auctoritate eorum inter partes dantur: itemque a magistratibus municipalibus, usque ad summam, qua ius dicere possunt, itemque ab his, qui ab Imperatore extra ordinem petuntur —.

§. 92.

Niemand darf in seiner eigenen Sache Recht sprechen, wenn es nicht eine bloße Feierlichkeit betrifft; und niemand darf einen magistratus, der ihm gleich oder gar höher ist, zwingen, vor ihm Recht zu nehmen.

II.

II. I. fr. 10. (Vlp.) Qui iurisdictioni praest, neque sibi ius dicere debet, neque vxori vel liberis suis, neque libertis vel caeteris, quos secum habet.

I. 14. fr. 1. (Vlp.) Apud filium familias Praetorem potest pater eius manumittere.

fr. 2. (Paul.) Sed etiam ipsum apud se emancipari vel in adoptionem dari placet.

II. I. fr. 14. (Vlp.) Est receptum eoque iure utimur, vt si quis maior vel aequalis subiiciat se iurisdictioni alterius, possit ei et aduersus eum ius dici.

§. 93.

Wer iurisdictio hat, dessen Gewalt geht so weit, daß er neue Rechtsfälle dabey besolgen, und diese zum voraus durch Anschlag oder Ausstellung bekannt machen kann. Wenn eine solche Bekanntmachung beschädigt oder weggenommen wird, so bestraft man den Thäter mit einer Geldsumme, die jeder einfordern kann. Die obrigkeitliche Person muß es sich aber gefallen lassen, daß jeder neue Rechtsfall auch gegen sie selbst angewendet wird, und eben so die Parthey welche darum angesucht hat.

II. I. fr. 7. (Vlp.) Si quis id, quod iurisdictionis perpetuae causa, non quod prout res incidit, in albo, vel in charta, vel in alia materia

§

teria

teria propositum erit, dolo malo corruerit: datur in eum quingentorum aureorum iudicium, quod populare est. — — 5. Hoc vero edicto tenetur et qui tollit, quamuis non corruerit — —.

II. 2. fr. 1. (Vlp.) QUI MAGISTRATVM POTESTATEMVE HABEBIT, SI QUID IN ALIQVEM NOVI IVRIS STATVERIT, IPSE QVANDOQVE ADVERSARIO POSTVLANTF EODEM IVRE VTI DEBET. SI QVIS APVD EVM, QUI MAGISTRATVM POTESTATEMQUE HABEBIT, ALIQVID NOVI IVRIS OBTINVERIT, QVANDOQVE POSTEA ADVERSARIO EIVS POSTVLANTE, EODEM IVRE ADVERSVS EVM DECERNETVR. SCILICET VT QVOD IPSE IN ALTERIVS PERSONA AEQVVM ESSE CREDIDISSET, ID IN IPSIVS QVOQVE PERSONA VALERE PATIATVR.

fr. 4. (Cai.) Illud eleganter Praetor excepit: PRAETERQVAM SI QVIS EORVM CONTRA EVM FECERIT, QUI IPSE EORVM QVID FECISSET —.

§. 94.

Wer iurisdiction hat, darf zuweilen, wenn wichtige Ursachen eintreten, von der Regel des gemeinen Rechts abweichen, und etwas, was geschehen ist, für nicht geschehen, etwas, was nicht geschehen ist, für geschehen annehmen, um einen unbilligen Verlust zu verhüten.

IV.

IV. 1. fr. 7. (Marcell.) pr. D. Antoninus — praetori — rescripsit: ETSI NIHIL FACILE MUTANDUM EST EX SOLENNIBVS, TAMEN VBI AEQVITAS EVIDENS POSCIT, SVBVENIENDVM EST. ITAQVE SI CITATVS NON RESPONDIT, ET OB HOC MORE PRONVNCIATVM EST, CONFESTIM AVTEM PRO TRIBVNALI TE SEDENTE ADIIT: EXISTIMARI POTEST NON SVA CVLPA, SED PARVM EXAVDITA VOCE PRAECONIS DEFVISSE: IDEOQVE RESTITVI POTEST.

fr. 3. (Mod.) Omnes in integrum restitutiones causa cognita a Praetore promittuntur, scilicet vt iustitiam earum causarum examinet, an verae sint, quarum nomine singulis subuenit.

IV. 2. fr. 1. (Vlp.) Ait Praetor: QVOD ME TVS CAUSA GESTVM ERIT, RATVM NON HABEBO.

IV. 3. fr. 1. (Vlp.) §. 1. Verba autem edicti talia sunt: QVAE DOLO MALO FACTA ESSE DICENTVR, SI DE HIS REBVS ALIA ACTIO NON ERIT, ET IVSTA CAUSA ESSE VIDEBITVR, IVDICIUM DABO.

IV. 4. fr. 1. (Vlp.) §. 1. Praetor edicit: QVOD CVM MINORE, QVAM VIGINTI QVINQVE ANNIS NATV GESTVM ESSE DICETVR, VTI QVAEQVE RES ERIT, ANIMADVERTAM.

fr. 9. (Vlp.) §. 1. In dotis quoque modo mulieri subuenitur —. §. 2. — Placet in delictis

minoribus non subueniri — — §. 6. Aduersus libertatem quoque minori a Praetore subueniri impossibile est.

fr. 10. (Paul.) Nisi ex magna causa hoc a Principe fuerit consecutus.

IV. 5. fr. 2. (Vlp.) §. 1. Ait Praetor: QUI QVAEVE POSTEA QVAM QVID CVM HIS ACTVM CONTRACTVMVE SIT, CAPITE DIMINVTI, DIMINVTAE ESSE DICENTVR: IN EOS EASVE, PERINDE QVASI ID FACTVM NON SIT, IVDICIVM DABO.

IV. 6. fr. 1. (Vlp.) §. 1. Verba autem edicti talia sunt: SI CUIVS QVID DE BONIS, CVM IS METV AVT SINE DOLO MALO REI PVBLICAE CAUSA ABESSET, INVE VINCVLIS, SERVITVTE, HOSTIVMVE POTESTATE ESSET: SIVE CUIVS ACTIONIS EORVM CUI DIES EXISSE DICETVR: ITEM SI QVIS QVID VSV SVVM FECISSET, AVT QVOD NON VTENDO AMISIT CONSECVTVS, ACTIONEVE, QVA SOLVTVS OB ID, QVOD DIES EIVS EXIERIT, CVM ABSENS NON DEFENDERETVR INVE VINCVLIS ESSET, SECVMVE AGENDI POTESTATEM NON FACERET, AVT CVM EVM INVITVM IN IVS VOCARI NON LICERET, NEQVE DEFENDERETVR, CVMVE MAGISTRATVS DE EA RE APPELLATVS ESSET, SIVE CUI PRO MAGISTRATV SINE DOLO IPSIVS, ACTIO EXEMTA ESSE DICETVR: EARVM RERVM ACTIONEM INTRA ANNV M, QVO PRIMVM DE EA RE EXPERIVNDI POTESTAS ERIT. ITEM SI QVA ALIA MIHI IVSTA CAUSA ESSE VIDEBITVR, IN INTEGRVM RESTITVAM, QVOD

QVOD EIVS PER LEGES, PLEBISCITA, SENATVS-
CONSULTA, EDICTA, DECRETA PRINCIPVM LICEBIT.

IV. 7. fr. 1. (Cai.) pr. Omnibus modis Pro-
consul id agit, ne cuius deterior causa fiat ex
alieno facto. Et cum intelligeret iudiciorum
exitum interdum duriozem nobis constitui op-
posito nobis alio aduersario, in eam quoque
rem prospexit: vt si quis, alienando rem, alium
nobis aduersarium suo loco substituerit, idque
data opera in fraudem nostram fecerit, tan-
ti nobis in factum actione teneatur, quanti
nobis intersit, alium aduersarium nos non ha-
buiffe.

§. 95.

Die obrigkeitliche Person, nimmt bey ihrem
Verfahren, sobald eine Klage da ist, auf alle
nicht verbotene Verabredungen der Partheyen
Rücksicht, um das Klagrecht zu modificiren, oder
gar zu tilgen.

II. 14. fr. 7. (Vlp.) §. 7. Ait Praetor: PACTA
CONVENTA, QVAE NEQVE DOLO MALO, NEQVE AD-
VERSUS LEGES, PLEBISCITA, SENATVSCONSULTA,
EDICTA PRINCIPVM, NEQVE QVO FRAVS CUI EO-
RVM FIAT, FACTA ERVNT, SERVABO.

fr. 1. (Vlp.) pr. Huius edicti aequitas natu-
ralis est, quid enim tam congruum fidei hu-
manae, quam ea, quae inter eos placuerunt,
seruare? — §. 2. Et est pactio duorum plu-
riumue in idem placitum consensus.

§ 3

II.

II. 15. fr. 1. (Vlp.) Qui transigit, quasi de re dubia et lite incerta neque finita transigit: qui vero paciscitur, donationis causa rem certam et indubitata[m] liberalitate remittit.

fr. 2. (Vlp.) Transactum accipere quis potest, non solum si Aquiliana stipulatio fuerit subiecta, sed et si pactum conuentum fuerit factum.

fr. 8. (Vlp.) pr. Cum hi, quibus alimenta relicta erant, facile transigerent contenti modico praesenti: D. Marcus, oratione in senatu recitata, effecit, ne aliter alimentorum transactio rata esset, quam si auctore Praetore facta. —

PAVL. I. 1. §. 4. Neque contra leges, neque contra bonos mores pacisci possumus. Pactum contra ius, aut constitutiones aut senatusconsultum interpositum nihil momenti habet. 5. De rebus litigiosis et conuenire et transigere possumus. Post rem iudicatam pactum, nisi donationis causa interponatur, seruari non oportet. 6. Functio dotis pacto mutari non potest, quia priuata conuentio iuri publico nihil derogat. 7. De criminibus, propter infamiam, nemo cum aduersario pacisci potest.

§. 96.

Eine obrigkeitliche Person muß in sehr vielen Fällen andere Römer zuziehen. Besonders ist der praetor in gewissen, vorzüglich Erbschafts-Sachen,

Sachen, nur der Präsident des iudicium centumvirale, bey welchem aber auch ein decemvir seine Stelle vertreten kann.

PLIN. *V. Ep.* 21. — Praetor qui centumviralibus praesidebat —.

PLIN. *VI. Ep.* 33. — Frequens necessitas computandi, — vt repente in priuati iudicii formam centumvirale vertatur.

VLP. *I. 13.* — In consilium autem adhibentur Romae quinque Senatores, et quinque equites Romani: in prouincia viginti recuperatores, ciues Romani.

§. 97.

Der Regel nach nimmt derjenige, welcher iurisdictio hat, nur solche Dinge selbst vor, wozu es mehr auf Befehle zur Einleitung des Processes und zur Execution, als auf die Untersuchung der Wahrheit einzelner Thatsachen ankommt. Diese letztere muß die obrigkeitliche Person jemand anders überlassen, ausgenommen, wenn das ganze Verfahren erst in neuern Zeiten entstanden ist.

I. 14. fr. 4. (Vlp.) Praetor neque tutorem neque specialem iudicem ipse se dare potest.

L. 16. fr. 178. (Vlp.) §. 2. — — Persecutionis verbo extraordinarias persecutiones

nes puto contineri, vt puta fideicommissorum, et si quae aliae sunt, quae non habent iuris ordinarii executionem.

L. 13. fr. 1. (Ulp.) pr. Praeses prouinciae de mercedibus ius dicere solet, sed praeceptoribus tantum studiorum liberalium — §. 1. Medicorum quoque eadem causa est, quae professorum — §. 4. An et philosophi? — et non putem — quia hoc primum profiteri eos oportet, mercenariam operam spernere. §. 5. Proinde ne iuris quidem ciuilibus professoribus ius dicent, — quaedam enim, tametsi honeste accipiantur, inhoneste tamen petuntur. §. 6. Ludi quoque litterarii magistris, licet non sint professores. — §. 8. Sed et si comites salarium petant — §. 9. Sed aduersus ipsos omnes cognoscere praeses debet — §. 10. In honorariis aduocatorum ita versari iudex debet: vt pro modo litis, proque aduocati facundia, et fori consuetudine et iudicii, in quo erat acturus, aestimationem adhibeat. — §. 12. — Licita autem quantitas intelligitur pro singulis causis vsque ad centum aureos. §. 13. D. Severus ab heredibus aduocati, mortuo eo, prohibuit mercedem repeti, quia per ipsum non steterat, quo minus causam ageret. §. 14. Ad nutricia quoque officium praesidis vel praetoris deuenit — §. 15. Haec omnia si apud praesides petantur, videamus, an de mutuis petitionibus

nibus possint praesides cognoscere? et putem debere admitti.

fr. 5. (Call.) pr. Cognitionum numerus, cum ex variis causis descendat, in genera diuidi facile non potest, nisi summam diuidatur. — Aut enim de honoribus siue muneribus gerendis agitatur, aut de re pecuniaria disceptatur, aut de existimatione alicuius cognoscitur, aut de capitali crimine quaeritur.

L. 14. fr. 3. (Vlp.) pr. De proxenetico — solent praesides cognoscere. —

§. 98.

Von jedem Befehle desjenigen, der einen Obern hat, kann man sich an diesen wenden: es muß aber binnen zwey Tagen geschehen, wenn es die eigene Sache betrifft; sonst hat man noch am dritten Zeit.

IL. I. fr. I. (Vlp.) pr. Appellandi vsus quam sit frequens, quamque necessarius nemo est, qui nesciat: quippe cum iniquitatem iudicantium vel imperitiam corrigat, licet nonnunquam bene latis sententias in peius reformet; neque enim utique melius pronunciat qui nouissimus sententiam laturus est. §. I. — — Rescriptum D. Pii: — SI SCRIPSERIT QVISQVAM AD NOS ET ILLI ALIQVID RESCRIPSERIMVS, VOLENTI AD SENTENTIAM NOSTRAM PROVOCARE PER-

MISSVM ERIT — — §. 3. — Si quis — vel parem vel maiorem iudicem appellauerit, alium tamen pro alio: in ea causa est, vt error ei non noceat: sed si minorem, nocebit. §. 4. Libelli, qui dantur appellatorii, ita sunt concipiendi, vt habeant scriptum et a quo dati sint, hoc est, qui appellet, et aduersus quem, et a qua sententia.

fr. 2. (Macer.) Sed si apud acta quis appellauerit, satis erit, si dicat: APPELLO.

fr. 5. (Marcian.) §. 5. Si quis ipso die inter acta voce appellauit, hoc ei sufficit.

IL. 4. fr. 1. (Vlp.) §. 11. In propria causa biduum accipitur — — §. 15. Si aduersus absentem fuerit pronunciatum, biduum vel triduum, ex quo quis scit, computandum est, non ex quo pronunciatum est, — si non in causa per procuratorem defensus est.

PAVL. V. 32. Quoties iusiurandum postulatur, eo tempore appellandum est, quo deferatur, non quo iuratur.

IL. 2. fr. 1. (Vlp.) §. 1. — stultum est illud admonere, a Principe appellare fas non esse, cum ipse sit, qui prouocatur. §. 2. Sciendum est appellari a senatu non posse Principem. — §. 3. Si quis ante sententiam professus fuerit, se a iudice non prouocaturum, indubitate prouocandi

candi auxilium perdidit. §. 4. Interdum Imperator ita solet iudicem dare, ne liceret ab eo prouocare, vt scio saepissime a D. Marco iudices datos. An et alius possit ita iudicem dare, videbimus. Et puto non posse.

IL. 3. fr. 1. (Vlp.) pr. Dicitur eum appellari, qui dedit iudicem — §. 1. Ab eo, cui quis mandauit iurisdictionem, non ipse prouocabitur, nam generaliter is erit prouocandus ab eo, cui mandata est iurisdictione, qui prouocaretur ab eo, qui mandauit iurisdictionem.

fr. 2. (Venul.) Appellari a legatis Proconsul potest —.

fr. 3. (Mod.) Dato iudice a magistratibus populi Romani cuiuscunque ordinis, etiamsi ex auctoritate Principis, licet nominatim iudicem declarantis, dederint, ipsi tamen magistratus appellabuntur.

§. 99.

Man appellirt nicht nur gegen ein Urtheil in Civilsachen, sondern auch gegen eines in Criminalsachen, und gegen Ernennung zu einer Municipalbeschwerde. Wer zum Tutor ernannt ist, muß erst abwarten, ob man seine excusatio verwirft.

IL. 10. fr. 1. (Vlp.) Si qui ad munera publica nominati appellauerint, nec causas probauerint; sciant ad periculum suum pertinere, si

si quid damni per moram appellationis reipublicae acciderit. Quodsi apparuerit, eos necessario prouocasse, cui adscribendum sit id damnum, Praeses vel Princeps aestimabit.

IL. 4. fr. 1. (Vlp.) §. 1. Si quis tutor datus fuerit, vel testamento vel a quo alio, qui ius dandi habet, non oportet eum prouocare: hoc enim D. Marcus effecit: sed intra tempora praestituta excusationem allegandam habet, et si fuerit repulsa, tunc demum appellare debet. —

§. 100.

Zuweilen ist gar keine Appellation in der bestimmten Zeit nöthig, und zuweilen wird gar keine zugelassen. Wenn aber die Appellation ordentlich geschieht, so schadet es nichts, daß der Unterrichter sie verwirft, oder kein Schreiben an den Oberrichter geben will, wenn nur der Appellant um dieses bittet.

IL. 1. fr. 19. (Mod.) Si expressim sententia contra iuris rigorem data fuerit, valere non debet, et ideo et sine appellatione causa denuo induci potest. Non iure profertur sententia, si specialiter contra leges, vel senatusconsultum, vel constitutionem fuerit prolata —.

IL. 8. fr. 1. (Macer) pr. Illud meminerimus, si quaeratur iudicatum sit nec ne, et huius quaestionis iudex non esse iudicatum pronunciauerit, licet fuerit iudicatum: rescinditur, si prouocatum

uocatum non fuerit. §. 1. Item si calculi error in sententia esse dicatur, appellare necesse non est — §. 2. — Contra constitutiones — iudicatur, cum de iure constitutionis, non de iure litigatoris pronunciatur. — §. 3. Item cum edicto peremptorio, quod neque propositum est, neque in notitiam peruenit, absentis condemnatio fit, nullius momenti esse sententiam constitutiones demonstrant. —

fr. 2. (Paul.) pr. Paulus respondit, eum, qui in rebus humanis non fuit sententiae dictae tempore, ineffaciter condemnatum videri —.

II. 5. fr. 7. (Paul.) Si res dilationem non recipiat non permittitur appellare, ne vel testamentum aperiatur, — ne frumentum in usum militum, in annonae subsidia, contrahatur: neue scriptus heres in possessionem inducatur. §. 1. Item si ex perpetuo edicto aliquid decernatur — §. 2. Item quo minus pignus vendere liceat, appellari non potest.

PAVL. V. 5. A. §. 7. Trinis litteris vel edictis, aut vno pro omnibus dato, aut trina denunciatione conuentus nisi ad iudicem, a quo sibi denunciatum est, aut cuius litteris vel edictis conuentus est, venerit, quasi in contumacem dicta sententia auctoritatem rerum iudicatarum obtinet; quin imo nec appellari potest ab ea.

PAVL.

PAVL. V. 35. §. 2. Moratorias appellationes, et eas, quae ab exsecutoribus et confessis fiunt, recipi non placuit.

PAVL. V. 34. §. 1. Ab eo, a quo appellatum est, ad eum, qui de appellatione cogniturus est, litterae dimissoriae diriguntur, quae vulgo Apostoli appellantur: quorum postulatio et acceptio intra quintum diem ex officio facienda est. 2. Qui intra tempora praestituta dimissorias non postulauerit, vel acceperit, vel reddiderit, praescriptione ab agendo submouetur.

IL 6. fr. 1. (Marcian.) §. 2. Sufficit autem petiisse intra tempus dimissorias instanter et saepius, ut, etsi non accipiat, id ipsum contestetur: nam instantiam repetentis dimissorias constitutiones desiderant. —

IL 5. fr. 6. (Macer.) Sciendum est, cum appellatio non recipitur, praecipi sacris constitutionibus omnia in eodem statu esse, nec quidquam nouari —: eumque, qui appellationem non receperit, opinionem suam confestim per relationem manifestare et causam, pro qua non recepit appellationem, eiusque exemplum litigatori edere debere mandatis cauetur.

§. 101.

Wer appellirt muß Sicherheit leisten, daß wenn er Unrecht behalte, er eine gewisse Summe, meist

meist den dritten Theil dessen, worüber gestritten wird, seinem Gegner, als Strafe, erlegen wolle. Die Unkosten ersetzt er ohnehin, und zwar vierfach.

PAVL. V. 33. §. 1. Ne liberum quis et solum habeat arbitrium retractandae et reuocandae sententiae, et poenae et tempora appellatoribus praestituta sunt, et, nisi iuste appellauerint, tempora ad cauendum in poena appellationis quinque dierum praestituta sunt. — 2. Ne quis in captionem verborum in cauendo incidat, expeditissimum est, poenam ipsam, vel quid aliud pro ea deponere: necesse enim non habet sponsores quis fideiussoremue dare, aut praesens esse: sed si contra eum fuerit pronunciatum, perdit quod deposuit. — 4. Si plures appellant, vna cautio sufficit, et si vnus caueat omnibus vincit. 5. Cum a pluribus sententiis prouocatur, singulae cautiones exigendae sunt. — 6. Modus poenae, in qua quis cauere debet, specialiter in cautione exprimendus est, vt sit in qua stipulatio committatur. — 7. Assertor, si prouocet, in eiusmodi tertiam cauere debet, quanti causa aestimata est. 8. In omnibus pecuniariis causis magis est, vt in tertiam partem eius pecuniae caueatur.

PAVL. V. 37. Omnimodo ponendum est, vt quoties iniusta appellatio pronunciat, sumptus, quos, dum sequeretur, aduersarius impendit

pendit reddere cogatur, non simplis sed quadruplos.

§. 102.

Wenn der Besizer appellirt, so muß er bis zu Ausgang der Sache die Früchte deponiren.

PAVL. V. 36. §. 1. Quoties possessor appellat, fructus medii temporis deponi conuenit. Quodsi petitor prouocet, fructus in causa depositi esse non possunt, nec recte eorum nomine satisfactio postulatur. 2. Si propter praedia urbana, vel mancipia, appelletur, pensiones eorum, vel mercedes, vecturae etiam, si de nauis agatur, deponi solent.

IL. 1. fr. 21. (Papir.) §. 3. Iidem rescripserunt: quamuis vsitatum non sit, post appellationem fructus agri, de quo disceptatio sit, deponi; tamen, cum populitarentur ab aduersario, aequum sibi videri, fructus apud sequestres deponi.

§. 103.

Wenn von dem Ausspruche dessen, der iurisdiction hat, oder des von ihm gegebenen iudex, nicht appellirt ist, so wird die Sache für entschieden angenommen, so daß der Proceß nicht erneuert werden darf, als binnen 10 und 20 Jahren, und mit Gefahr das Doppelte zu verlieren.

PAVL.

PAVL. V. 5. A. §. 1. Res iudicatae videntur ab his (s. beyrn §. 91.) Ex compromisso autem iudex sumtus rem iudicatam non facit: sed si poena inter eos promissa sit, poena rei in iudicium deductae ex stipulatu peti potest. 2. Confessi debitores pro iudicatis habentur: ideoque ex die confessionis tempora solutioni praescripta computantur. 3. Confiteri quis in iudicio non tantum sua voce, sed et litteris et quocunque modo potest: conuinci autem non, nisi scriptura, aut testibus, potest. 4. Eorum, qui debita confessi sunt, pignora capi et distrahi possunt. — 6. Ea, quae altera parte absente decernuntur, vim rerum iudicatarum non obtinent. 7. Trinis litteris vel edictis — (s. beyrn §. 100.) — 10. Falsis instrumentis religione iudicis circumducta, si iam dicta sententia prius de crimine admisso constiterit, eius causae instauratione iure deposcitur.

COD. GREG. X. I. *const. 1. (Alex.)* Quae in libello contulisti, Praefidi prouinciae allega, qui non ignorat, eum, qui per contumaciam absens condemnatur, nec appellationis auxilio uti, aut in duplum reuocare posse.

PAVL. V. 5. A. §. 8. Res olim iudicata post longum silentium in iudicium deduci non
R potest,

potest, nec eo nomine in duplum reuocari. Longum autem tempus, exemplo longae praescriptionis, decennii inter praesentes, et inter absentes vicennii computatur.

PAVL. I. 19. §. I. Quaedam actiones, si a reo inficientur, duplantur, velut iudicati --.

Personenrecht.

Zehntes Buch.

Von der Sklaverey.

§. 104.

Die Verschiedenheit der Menschen, welche den meisten Einfluß auf ihre Rechte hat, ist die, daß sie entweder Sklaven sind, oder nicht. Die Sklaverey findet sich bey allen gesitteten Völkern, und sie gibt, der Regel nach, eben die Rechte, wie das Eigenthum an andern Dingen. Indessen seitdem der Staat angefangen hat, die Willkühr einzelner Bürger einzuschränken, auch in solchen Fällen, wo kein Mitbürger unmittelbar darunter litt, seitdem wird ein Herr, der seinen Sklaven körperlich mißhandelt, entweder bestraft, oder wenigstens gezwungen, ihn zu verkaufen.

INST. I. 3. pr. Summa itaque diuisio de iure personarum haec est, quod omnes homines aut liberi sunt aut serui. §. 1. Et libertas quidem — — est naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, nisi si quid vi aut iure prohibetur. §. 2. Seruitus autem est constitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra

R 3

naturam